GRAMMATICA DESPAUTERIANA

Cum nova novi generis Gloſſa,

CUI

Subjunguntur ſingula primæ partis Exempla Vernacule reddita.

Authore

JACOBO KIRKWOOD

DUMBARENSI.

EDINBURGI.

Ex Officina *Georgii Moſman.* in Anno 1696.
price Bound, 12 *ſs.*



Potentissimis, Illustrissimis,
Clarissimis, Prudentissimis,
Literatissimis

VIRIS,

Publico trium Regni Ordinum Decreto, (4 *Jul.* 1690.) Ad Academiarum, & Scholarum abusus, malosque mores tollendos, & ad nova Instituta, quibus juventus majores in virtute, bonisque literis faciat progressus, condenda, designatis, delegatis, & constitutis, Libellum hunc

D. D. C. Q.

Ja. Kirkwood.

haud parum operi adfert luminis. In prima etiam Parte omnia, quoties occurrunt, exempla vernacule redduntur eodem, quo *Belgice* apud *Voſſium* modo, & ordine; qua de re in *Præfatione* ad ipſum opuſculum plura videre eſt.

Qui autem defectus, quæ errata, quæ ſuperflua, & abſtruſa hic emendentur; quantaque ſit methodi in melius mutatio, Grammatica hæc diligenter perlecta, & cum *Deſpautersana* collata, commonſtrabit: ſi enim ſigillatim hic recenſerentur omnia, ipſam haud dubie Grammaticam longe exſuperarent. Hoc aſſerere auſim *Deſpauterij* triplo eſſe breviorem, modo eorum, quæ a nobis hic adduntur, habeatur ratio. Sciendum tamen nullam, quod ſciam, omitti Regulam; & plurimas addi, de quibus nihil ait Deſpauterius.

Unum eſt, Viri ſummopere honorandi, quod vos ſerio rogatos velim, ut ſc. una, eademque Grammatica per totum Regnum publice in ſcholis juventuti prælegatur. Iſthuc lege in vicina ſancitum gente. Idem apud *Batavos* & alibi factum: Ingens enim ex parentum & præceptorum morte & demigratione ſæpe oritur incommodum, & in ſtudijs remora haud parva, quod Grammaticam a priore diverſam doceatur juventus. Huic malo mederi in veſtra jam ſitum manu. Quæcunque ſtatuatur, ego certe lubens amplectar: mihi autem perſuaſum habeo *Deſpautervianam* non fore, ni prius a mendis purgatam. Complures, fateor, viri etiam doctiſſimi in celebri veſtro conventu *Deſpauterij* venerabantur manes; omnes tamen ad unum a ſuperfluis, abſtruſisque alijſque mendis purgandum cenſebant: quod ut

rite

rite fiat, hac noſtrâ melior (in genere, inquam) methodus ne excogitari quidem poteſt ulla. De Rudimentis nihil hic dicam; quippe alium in his conficiendis occupatum audio. Sapienter certe a vobis ſtatutum, ut dehinc ex lingua ſolummodo vernacula conſtent: quæ utinam brevi in lucem prodeant; nam ab his, quæ apud nos in uſu ſunt, magnopere abhorret animus.

Valde vereor, Viri Ampliſſimi, Celeberrimi, ne hæc noſtra de Grammaticæ quiſquilijs oratio auribus veſtris delicatiſſimis tædium & nauſeam moveat: ideoque hic abrumpere viſum.

Calſone 12 Martii 1696.

THE PRIVILEDGE

At *Edinburgh*, the Third day of *December*, 1695.

ANent the Petition given in to the Lords of His Majestes Privy Council, be Mr. *James Kirk-Wood*, School-master of *Kelso*, shewing that, where the Petitioner has with great pains fram'd a Grammar, Entituled, *Grammatica Despauteriana cum nova novi generis Gloſſa* wherein all Superfluities are reſcinded, Defects ſupplied. Abſtruſities clear'd, Errors corrected and the method amended. As alſo he has emitted a ſecond Edition of his *Rhetorick*, being very much refin'd to the advantage. both which Books have been ſeen by very knowing perſons, and approved by them. And being now reſolv'd to publiſh theſe two Books. which will ſtand the Petitioner a great deal of expences, but will prove very uſeful and of publick advantage to the Nation: and therefore humbly craving to the effect underwriten, as the ſaid Petition bears, The ſaid Lords of His Majeſties Privy Council having conſidered the above Petition, they hereby give and grant to the Petitioner the ſole and only priviledge of printing. and publiſhing, importing or ſelling of a new Grammar call'd. *Grammatica Deſpauteriana cum nova novi generis Gloſſa*. and a ſecond Edition of his *Rhetoriek*, and diſcharges all Printers, Stationers, Merchants, and others whomſoever to print, reprint, import, ſell, or diſperſe within this Kingdom any of the ſaid two Books abovementioned for the ſpace of Nineteen Years after the publiſhing thereof without the Licence of the ſaid Mr. *James Kirkwood*, his Heirs, or Aſſigney's under the penalty of two Thouſand merks Scots to be pay'd by each controveener, the one half thereof for His Majeſties uſe, and the other to the ſaid Mr. *James*, or his foreſaids, beſides the confiſcation of the Books, ſo printed, imported, ſold, or diſperſt, and making up what loſs the ſaid Mr. *James* and his foreſaids may ſuſtain thereby Extracted by me. *Sic ſubſcribitur*, *Gilb. Eliot Cls. Sti. Conſ.*

Edinburgh, the 12. *March*, 1696.

I Mr. *James Kirkwood* Aſſigne *George Moſman* printer of my Grammar and *Rhetoreck* to the equal half of the above Priviledge.

Ja. Kirkwood.

GRAMMATICÆ DESPAUTERIANÆ

Pars Prima.

De Nominum Generibus

Liber primus.

Regulæ Generales, seu Significationum.

OMne, viro soli quod convenit, esto virile:
Omne viri specie pictum, vir dicitur esse.

Ad hanc Regulam pertinent nomina 1. Deorum, ut *Jupiter*, 2. Angelorum, *Michael*. 3. Ventorum, *Eurus*, quia sub forma virili ab antiquis pinguntur: 4 Virorum, *Jacobus*: 5. Quæcunque alia marem denotantia, *Rex, Pater, Agricola, Scriba, Nauta, Aries, Verres*, &c.

Esto fœmineum, recipit quod fœmina tantum:
Fœmina dicatur facie pictum muliebri.

Ad hanc, 1. Dearum, *Juno*: 2. Nympharum, *Echo*: 3. Mulierum; *Maria*: 4. Reliquaque fœmellam significantia; *Mater, Obstetrix, Vacca*, &c.

Hasce duas Regulas hunc potius in modum efferrem.

Nomina cuncta marem signantia, mascula sunto,
Et, quæ fœmellam signant, muliebria ponas.

Rex, Carolus, Gabriel, Phœbus, Leo, Frater, & *Anser*, Sic *Regina, Soror, Pallas, Catharina, Leæna.*

Quicquid utrique datur commune locatur, ut *Infans*.

Quod utrumque sexum denotat, communis est generis, ut *Parens, Conviva, Bos, Dama, Lepus*, &c.

Um neutrum pones; hominum si propria tollas.

Hoc *Templum*, *Mancipium*, *Scortum*, &c. At hic *Pegnium*, nomen viri; hæc *Glicerium*, Mulieris, &c.

Adjectiva trium generum sint fine sub uno.
Esto genus varium, fuerit nisi terminus idem.

Omne Adjectivum tria habet genera, sed quædam unam tantum terminationem, ut, hic, hæc, hoc, *Felix*: quædam duas, hic & hæc *Fortis*, hoc *Forte*: quædam tres, *Bonus*, *a*, *um*, Nonnulla duas vel tres, hic & hæc *Acris*, hoc *acre*, vel hic *Acer*, hæc *acris*, hoc *acre*.

Mobile pro fixo, fixum si subsit, habetur:
2 Quod si non fixum subsit, neutri generis sit:

1. Adjectivum sine substantivo positum generis est substantivi suppressi, ut, hic *Molaris*, quia intelligitur *Lapis*, vel *Dens*, Sic *Regia*, sc. *Domus*: *Vidua*, sc. *Mulier*, &c.

2. Si nullum supprimatur Substantivum, Adjectivum, in neutro ponitur, ut apud Virg. *Triste Lupus Stabulis*, i. e. res Tristis. Sunt, qui intelligunt *Negotium*, de quo suo loco.

Masculeum fluvii nomen decet usque reponi.

Hic *Tybris*, *Garumna*, &c. Non raro tamen terminationum Regulas sequuntur: & Masculina leguntur, quia supprimitur Fluvius, de quo in sequente Regula.

Communis Proprio quandoque genus lego junctum.

Ossa proprium montis nomen est, *Mons* commune; *Ossa* fœminini generis per terminationem; ut postea patebit: Ovidius tamen cum Adjectivo Masculini posuit, quia supprimitur *Mons*, *dedit saltus è summo Ossa*. Pariter apud Ter. *Transtulit in suam Eunuchum*: sc. *Comœdiam*. Sic Plin. *Laver Cotia*. sc. *Herba*.

1. Insula, & urbs, regio, normas plerumque sequuntur
Finales vocum; nisi cum tibi vox generalis
Supplenda est; veluti, *Londinum urbs pulchra videtur*.
2. Sic, quæ sunt tantum pluralia in I maribus do.
3. A plurale genus neutrum sibi poscit ubique.

4. Insularum, Regionum, & urbium nomina vulgo terminationem seu Regulas speciales sequuntur, ut, hæc *Britannia*, *Gallia*

hoc

hoc *Londinum*, &c. 2. Hi *Parisii*, &c. 3. Hæc *Hierosolyma. Orum*, &c. Leges etiam hæc *Hierosolyma*, *æ*, in singulari.

Annot.

Recenset hic Despauterius quædam oppidorum, seu potius vicorum nomina, quæ, Nescio, an in multis sæculis semel occurrant, *Ispal*, *Cere*, *Nepet*, *Cim*, &c. quæ in neutro leguntur, partim per terminationem, ut postea patebit, partim, quia fortè supprimitur vox communis, *Oppidum*: aut denique, quia sunt indeclinabilia, omne enim indeclinabile est neutrum: ideoque hanc novam subjungimus regulam.

Sit neutri generis, quod non variatur, ut, *Alpha.*

1. Omne nomen indeclinabile est neutrum, ut, *Manna*, *Pondo*, *Hir*, *Gummi*, *Melos*, &c.

2. His addas Verba pro Nominibus posita, ut, *Scire tuum*, pro *Scientia tua.*

3. Videndum quoque hic, ne fortè supprimatur vox generalis, ut, *Parva* B. nempe *Litera.*

Arboris est nomen muliebre: dat hic *Oleaster*,
Ut *Spinus*, *Platanon*: at *acer*, *thus*, *robur* habent *hoc*,
Queis *Siler* adjungas: dabit hic aut hoc tibi *Suber*:
Hic aut hæc *Libanus*, *Pinus*, *Rubus*, atque *Cupressus.*

Hæc *Pomus*, &c, Finita in *um* neutra sunt per regulam, *Um neutrum pones*, ut hoc *Buxum.*

Ex se nullius generis pro Nomine 1 sumptum
Est neutrum: ceu 2 litera; vox quoque 3 materialis.

1. *Pulchrum est scire. velle suum cuique est. jam cras hesternum consumpsimus, ecce aliud cras.* 2. *Magnum* B 3. *Hominem* est trisyllabum. Vox sumitur materialiter, cum capitur pro literis aut syllabis, secluſa significatione, ut, *Ego* habet duas syllabas.

Quæ signant volucres, una sub voce, ferasque,
Et pisces sexu non certo sunt Epicœna.

Dictio Epicœna, seu promiscui generis sub una terminatione utrumque denotat sexum, sed eorum præcipue animalium, quorum sexus non facile discernitur, ut, inter volucres, *Aquila*, *Passer*,

Paſſer: inter Piſces, *Balana*: inter feras, *Vulpes*, &c. Quod ſi alterum ſexum pro certo deſignare velis; dicas, *Mas Paſſer*, *fœmina Paſſer*, &c. ſed de hac Regula poſtea agetur.

Regulæ generum Speciales.

Hæc dat A, quod 1. primæ; quod 2. ternæ eſt, dicito neutrũ.
Maſculei generis tamen eſto, 3. *Cometa*, *Planeta*.
Hoc 4 *Paſcha* in prima, terna ve reflectere poſſis.

1. Hæc *Penna*. 2. hoc *Thema*, 3. *Cometa* & *Planeta* ſervant genus, quod habent apud Græcos, licet terminatio mutetur, ſc. *Cometes*, *Planetes*, 4. hoc *Paſcha*, *æ* & ſæpius *Paſchatis*.

Quædam alia hic excipit Deſpauterius, ſc. *Manna* *Mammona*, *Talpa*, *Panthera*, *Dama*, *Hadria*: *Manna* & *Mammona* ait eſſe indeclinabilia, & inde neutra: leges tamen *Manna*, *æ*, ideoque fœminini generis: & apud Bez. 16. S. Luc. *veram Mammonam*, & apud *Ambroſ.* *Improbum Mammonam*: *Talpa*, *Panthera*, *Dama* ad tertiam pertinent Regulam. *Hadria* pro urbe fœmininum, cum mare ſignificat, cum Adjectivo Maſculini jungi quidem poteſt, quia ſupprimitur vox communis, ſc. *Sinus*.

Hæc petit E primæ; neutrum depoſcit E ternæ.

Hæc *Grammatice*, *es*, hoc *Sedile*, *is*, &c, Omnia primæ Græca ſunt, & vulgo Latinè in A vertuntur, *Grammatice*, vel *Grammatica*.

Ponitur I neutrum; verum invariabile nomen.

Hoc *Gummi*, &c. ſed de indeclinabilibus jam dictum.

1. O Sit maſculeum. 2 Verbale. *io* cum *Caro* vult hæc; *Talio* jungatur; poluit quod Valla virile:
Jungito fœmineis 3 *do*; 4 *go*: ſed maſcula *Tendo*, *Ordo*, *udo*, *harpago*, *cudo*, *ligo*: ſed dubitabis *Margo*, 5 *Cupido*, quibus jungunt cum 6 *Cardine*, 7 *Bubo*.

1. Hic *Sermo*. 2. Verbalia, ſeu Nomina à Verbis derivata, in *io* ſunt fere innumera, ut, *Dictio*, *Lectio*, *Poſitio*, &c. Ad hanc regulæ partem pertinent quædam à Nominibus potius Derivata, quam Verbis, ſi omnino deriventur, ut, *Ditio*, *Portio*, *Unio*, &c. à *Dis*, *Pars*, *Unus*, 3. *Formido*, 4. *Imago*, 5. hic *Cupido* Deo, hæc pro cupiditate, ſaltem apud Oratores. 6. *Cardo* vel aliquam fœmininum. 7. *Bubo* hujus loci non eſt.

U. C.

V, *C*, neutra loco, *D*, vel *L*, *T*: sed hæc dabit 1 *halec*
Aut hoc, *Sol*, *Mugil* dant hic, ut 2 sal quod & hoc vult.

Hoc *Genu*, *Lac*, *Quid*, (nec aliud est in *Dy*, *Mel*, *Caput*, &c.
1. *Halec* indeclinabile, ideoque neutrum, & *Halex* fœmininum.
2. Hic *Sal*, aliquando hoc, sed nunquam in plurali.

1 *An*, *in*, *on* maribus dantur: sint neutra 2 Secundæ.
Hic aut hæc 3 *Python*: *Sindon* muliebris & *Icon*.
4 *En* neutrum pono: mas est cum *pectine lichen*,
Et *ren* sive *rien* 5 *atagen splen*, junge *lienem*.

1. Finita in *an*, *in*, *on*, Masculina sunt, hic *Paan*, *Delphin*, *Canon*, &c, 2. hoc *Gymnasion*, vel *Gymnasium*, *Gymnasii*, 3. hic *Python* pro serpente, quem interemit Apollo, hic aut hæc, cum utrumque denotet sexum, 4. hoc *Flumen*. 5. *Atagen*, vel potius *Attagen*, utrumque denotans sexum, ergo alio referendum.

Ar petit hoc; sed 1 *lucar* avis cum *baccare* vult hæc.
Nunc jubar hoc tantum poscit; *jubar* hic dedit olim.

Hoc *Calcar*, &c. 1. *Lucar* & *Baccar* semper neutra, sed cum hoc forte supprimitur *Herba*, cum illo *Avis*.

Er petit hic: 1 terræ hoc fœtus (*cucumer* nisi) poscit,
Uber, *iter*, *verber*; quibus addas rite *cadaver*,
Ver, *spinter*, 2 *tuber*: dabit hic aut hæc tibi *Linter*.

Hic *Liber*, &c. 1. Fœtus, seu semen terræ, præter *Cucumer*, neutrum est, ut, *Papaver*, *Piper*, *Zinziber*, &c. 2. Hic aut hoc *Tuber*, i. e. *Tumor*; hæc, i. e. *Arbor*, hic *Fructus*: *Oblatos Tuberes servari jussit*, Suet.

Ir junges maribus; neutri generis tamen est *hir*.

In *ir* sola sunt *Vir*, *Levir*, & *Trevir*, quæ ad aliam regulam referenda: & miror, cur potius tradatur regula pro *Vir*, quam pro *Mulier*. *Hir* indeclinabile, ideoque alio referas.

Hic dat *or*: hæc *arbor*. *cor*, *adorque* hoc *marmor*. & *æquor*.

Hic *Timor*, &c. Finita in *or* neutra interdum leguntur, *N*[illegible] *calor*, *nec frigus metuo*, *Plaut*, *Bellum Punicum posterior* P[illegible]

Hoc dat *ur*. hic *Furfur* capiet cum 1 *Vulture T*[illegible]

Hoc *Guttur*, 1. *Vultur* & *Turtur* huc non pertinent, utpote utrumque denotantes ſexum.

As petit *hæc*, *neutrum* 1 *vas vasis*: 2 *faſque nefaſque*,
Atque 3 *Ceras*: vult *As* hic *aſſis*; ut omnia 4 primæ
Nomina, queis addes *Adamas*, 5. *Elephas*, 6, *Agragaſque*.

Hæc *Pietas*, &c. 1 hoc *Vas vasis*: hic aut hæc *Vas vadis*, 2. *Fas* & *Nefas* indeclinabilia, idcirco neutri generis per aliam regulam. 3. hoc *Ceras Ceradis* nomen loci,, ſed ubi, videat lector 4. hic *Tiaras*, æ, &c, 5, *Elephas* ad tertiam attinet regulam; 6, *Agragas* maſculinum forte, quia ſupprimitur *Mons*: eſt enim montis nomen.

Es ſit Fœmineum, *Tudes* hic vult, *Poples*, & *Ames*,
Pes, 1. *Aries*, *Paries*, *Palmes* cum *Limite Stipes*.
Et *Fomes*, *Trames*, *Termes*, cum *Gurgite*, *Ceſpes*,
Et *Verres*, 2, *Merges*, quibus addito, 3. Græca, 4 *dieſque*
Tempore pro certo cum 5. prole, dat hæc ita raro.
Hyppomanes neutrum dabimus, velut *as*, *Catoethes*.

Hæc *Nubes*, &c, 1. *Aries* & *Verres* ad primam regulam referas. 2. magna eſt de hac voce inter Grammaticos contentio, quibuſdam maſculini, aliis fœminini ſtatuentibus. 3, Græca in *es*, num primæ, an Terriæ Declinationis maſculina ſunt, ut, hic *Cometes*, *a Soritei*, *Sorita*. &c. Hic *Magnes Magnetis*, *Lebes Lebetis*, 4. *Dies* in plurali raro fœmininum: in ſingulari ſæpius, *ſacra Dies*, *longa Dies*, &c. Idcirco *Diecula*, non *Dieculus* dicimus pro diminutivo. Vix tamen placet *Heſterna Dies*, ſed *Heſternus*, *Hodiernus*, hinc *Hodie*, non *Hadie*, i, e. hoc *Die*, non hac *Die* dicendum. 5. hic (vulgo) *Meridies*, *ſeſquidies*.

Is dabo fœmineis, ſunt maſcula 1, *Piſcis*, & *Axis*,
Glis, *callis*, *vermis*, *ſotularis acinacis*, *orbis*,
Et *cenchris*, *vectis*, *poſtis*, cum *ſanguine*, *faſcis*,
Et *fuſtis*, *menſis*, *collis*, *caulis* quoque *Follis*,
Et 2. *caſſis*, *torris*, quibus addes *pollis*, & *enſis*,
Sic *Delphis*, *cucumis*, *vomis*, 3. compoſtaque ab *aſſe*.
In 4, *nis* finitum, *lapis*, *unguis aqualis*, 5, *Aprilis*.

Hic

Hic aut hæc *finis*, *clunis*, cum *torbe canalis*,
6 *Anguis*, & *halcionis*, *torquis*, *pulvis*, *ignis*, 7. *amnis*.

Hæc *Navis* &c, 1 *piscis*, *glis* & similia ad tertiam regulam referas. 2. hic *cassis* in gen. *cassis*. hæc *cassis cassidis*: 3, hic *ictus-sis*, *decussis*, &c. 4. Hic *ignis*, *panis* &c, Noli hinc inferre *tyrannis tyrannidos*, vel *tyrannidis* esse masculinum: quia Græca nomina ejusdem sunt generis apud Latinos, cujus apud Græcos, secundum vulgarem versiculum.

Græca suum retinent genus usurpata Latine.

5. *Aprilis* Adjectivum est, & supprimitur *Mensis*. 6. sæpius jam dictum hujusmodi nomina ad tertiam pertinere regulam. 7. *amnis*, *pulvis*, raro fœminini.

Fœminei generis finita per *ys* quoque sunto.

Hæc *Chelys*, *Chlamys*, &c. Quia ic: fœminina sunt apud Græcos. At hic *Capys* viri nomen.

Os maribus detur: sint neutra *chaos melos*, 1, *os*, *os*,
Atque *epos*. 2. hæc *arbos* dices, cui jungito *cos*, *dos*,
Cum multis. 3. græcis: per 4. *us* hæc vertêre Latini.
Flectere si cupias, 5. varios cognoscito fines.

Hic *Flos*, &c. 1. hoc *os oris*, & *ossis*: *Os oris loquitur*, *os ossis roditur ore*. 2. hæc *arbos* vel *arbor*, plurima sunt nomina in or vel in os, *labor* & aliquando *labos*, *color*, *colos* &c. 3. hæc *periodos*, *synodos*, &c. omnia secundæ declinationis, 4, Latini hæc in *us* vertunt, *periodus*, *synodus*. 5. Plurimum confert, non solum ad cognoscenda nominum genera, sed & ad faciliorem declinationem, scire varias esse ipsorum terminationes; ut *Pulvis pulveris* ab antiquo Nominativo *Pulver*: *Sanguis sanguinis* à *sanguen*, *Jupiter Jovis* à *Jovis*, nam *Jovis* in Nominativo legas, *Quem tremit ipse Jovis*, *quo numina terrificantur*, ait quidam, *Jupiter* i. e. *Jovis-pater* honoris gratiâ.

Us mas non ternæ, quod ternæ est dicito neutrum.

Finita in *us* secundæ aut quartæ declinationis masculina, tertiæ neutra, hic *ventus venti*, hic *fructus fructus*, &c. hoc *tempus temporis*,

Exceptiones
In ſecunda & quarta Declinatione,

Fœmineum *Domus* eſt, & *vannus, humus colus, alvus,*
Et *tribus* atque *manus*, ceu *porticus*, ac 1. *acus*, 2. *Idus*:
Carbaſus & *groſſus* muliebria ſæpe leguntur,
Maſcula perraro: ſed hic aut hæc flecte *phaſelus.*
Hic 3 *Ficus fici* pro morbo ſæpius optat:
Hæc *Ficus fici* vel *ficus* fructus & arbor.
Hic aut hæc 4 *ſpecus* atque *penus* jungas *atomuſque.*
Hic aut hoc *vulgus*, verum hoc *virus*, 4. *pelaguſque.*

1 Hic *acus aci*, piſcis genus, hæc *acus acus*, inſtrumentulum ſartoris, hoc *acus acerris*, palea 2, hæ *idus iduum*, de quo ſuo loco, 3, *Ficus* pro morbo vulgo maſculinum ſecundæ declinationis, pro arbore vel fructu fœminum quartæ. 4, *ſpecus* & *penus* vulgo quartæ, interdum tertiæ, ſaltem in quibuſdam caſibus, & neutri generis, 5, *Pelagus* legitur etiam maſculinum, *Pelagum quantos aperimus in uſus*, Val: Flac:

In tertia declinatione

Dat 1 *pecus* hæc *pecudis*, *ſubſcuſque*, *paluſque*, *ſaluſque*,
Quæque *ſenex*, *juvenis*, cum *ſervio* 2 nomina donant,
Et *Virtus*, *incus*, & quæ tibi nomina format
3 *Pons*, teſtis *chytrapus: Laus*, *Fraus* muliebria flectas.

1 Hæc *pecus pecudis*, hoc *pecus pecoris*, 2 Nomina derivata à *ſenex*, *juvenis* & *ſervio*, vel *ſervus*, ut *ſenectus*, *juventus*, *ſervitus*, 3. *pons* vox Græca, i, e, pes, hinc *tripus tripodis*, &c.

S eſt fœminei generis, ſi conſona præſit.
Maſcula ſunt *Fons*, *fons*, *Mons*, 1 *ſeps*, dum denotat anguẽ;
Denſque, *chalybs*, *torrens*, *aſſis* cui jungito 2 partes,
Et polyſyllaba in 3 *S*, dum *P* præponitur illi.
Hic aut hæc *Forceps* & *adeps*, 4 *frons* cum *ſcrobe ſerpens*,
Atque *Rudens*, & 5 *ſtirps*, dum truncum ſignificabit.

Hæc *trabs*, *puls*, *mens*, *ſtirps pars*, &c, 1 hæc *ſeps*, i, e, *ſepi*meu-

mentum; hic aut hæc pro *Serpente*. 2 hic *quadrans*, *Sextans*. 3 hic *hydrops*, 4 *frons frondis* neſcio, an unquam in maſculino reperiatur, *frons frontis* rariſſime, 5 hæc *ſtirps*, is, familiæ origo; hic aut hæc, arboris truncus.

Hæc petit *x*. 1 polyſyllaba in *ax* et in *ex* maribus do.
Dic tamen hæc *fornax*, *ſimilax*, *carex*, velut 2 *kalex*,
Addatur *vibex*, cum *forfex*, atque, 3 *Supellex*.
Maſcula ſunt *fornix*, *phœnix*, cum *varice*, *maſtix*,
Et *bombyx*, *ſpadix*, et *oryx*; quodque 4 *unctia* præbet,
Grex, et *eryx*, *ſandyx*, *volvoxque*, *calixque*, *calyxque*:
Hic aut hæc *cortex*, et *onyx* cum 5 prole, *ſilex* 6 *lynx*,
Imbrex, *calx*, *pumex*, *ramex*: *obicem* volò jungi,
Atque *culex natrix*: ſunt qui *limax* quoque jungunt.

Hæc *pax*, *lex*, *vox*, &c. hic *thorax*, *pollex*, &c. 2 *halex* epicœni ſeu communis generis eſt. 3 Hæc *ſupellex*, et aliquando hoc *ſupellectile*, hinc in plurali hæc *ſupellectilia*; non hæ *ſupellectiles*; de quo poſtea 4 Nomina ab *uncia* compoſita, ut hic *quinuncx*, *ſeptunx* &c. 5 hic *Sardonyx*, &c: ſed iſtuc forte fit quia ſupprimitur *lapis* 6 *Lynx*, et cætera omnia nomina utrumque ſexum denotantia, ut ſæpius jam dictum, ad tertiam regulam pertinent.

ANNOT.

Diſcrimen Inter genus dubium et commune.

Nomen dubij generis eſt, quod in vario genere idem ſignificat; ut hic aut hæc *dies*; hic aut hoc *vulgus*, nomen communis generis in vario genere varia donotat, ut hic *parens* id eſt, *Pater*, hæc *parens*, *Mater*: hic *Dama*, *mas*; hæc, *fœmella*.

Diſcrimen inter Commune et Epicœnum.

Hic perexiguum, aut fere nullum eſt. Si quid tamen ſit diſcriminis, eorum tantum eſt animalium, quorum ſexus difficulter diſcernitur; qualia ſunt, *aquila*, *paſſer*, *lepus*, *vulpes*, *ſalmo*, &c. Si placet, addas inſecta, et repentia, ut *muſca*, *vipera*, &c. Sed hæc diſcernendi difficultas ſæpe non tam oritur ab objecto, ſeu ipſis rebus, quam a diſcernentis ignorantia, aut imperitia, aut forte a modo et methodo diſgnoſcendi. In præſentiarum autem abunde ſufficit, ut pueri ſciant hujuſmodi nomina vulgo in eo

poni genere, cujus est ipsorum terminatio, ut, hic *passer*, hæc *aquila* per regulas supra traditas. Quod si terminatio sit neutri generis, ut, *lepus*, *turtur*, in masculino fere semper reperies, ut, *Video duo passeres, duas aquilas, duos lepores*, &c. Dixi vulgo, quia sæpius in quibusdam nominibus aliter videas: *Dilecta tibi Alcsones*, Virg. *Accipitres visæ volantes*, Lucret. Hoc forte fit, quia supprimitur *Avis*. Interdum etiam Authores generis dignitatem considerant, ut si diceres, *Pater meus multos habet Damas* hic nullum commitis erratum, licet utrumque intelligas sexum.

Quod si certum velis designare sexum *Mas Cygnus*, *fœmina Cygnus*, mas passer. femina passer dicas: vel forte per Epitheton seu adjectivum idefficies. ut magnus Aquila. alba Cygnus hic fœmellam, illic marem intelligens. Sic. *Anser* aut *Lepus fœta*, dicimus. Hinc Fracastarius, *pulcher Apis*, inquit. Apium Regem intelligens.

Postremo notandum, ut quidam volunt, nonnulla esse nomina communis generis quoad significationem, sed non quoad constructionem: *e. g. Homo* et marem et fœmellam denotat, nescio tamen, an tale quid reperire possis, *Mala homo*: *Mater tua est bona homo*, &c. Apud, Buch. *Nata sum homo*, inquit Medea, non hinc sequitur *Homo* esse fœminini generis, magis quam hic, *nata sum animal*, fœminini esse animal *Nata sum homo*, *i. e.* Persona, seu res intelligens, vel animal rationale.

De Genere Nominum singulari numero carentium.

Hæc datas regulas sequuntur, ut, hi *cancelli*, *cancellorum*, hæ *nuptiæ*, *nuptiarum*, hæc *arma*, *armorum*, &c. Quia, si singularem haberent, esset hic *cancellus*, hæc *nuptia*, hoc *armum*.

Regulæ generales ad omnes declinationes, saltem ad plures pertinentes.

Liber Secundus.

COmpositum simplexque modo simili gradiuntur.
Demitur [1] *ex sanguis*: sine carmine [2] plura reludá.

Nomen

Nomen ſimplex et compoſitum eodem modo declinantur, ut *pes pedis*, *bipes bipedis*, &c. 1 *Sanguis* in gen. *ſanguinis*, at *exſanguis*, vel *exanguis* Genitivum format nominativo ſimilem, ſc. *exanguis*. 2 *Manus manus* quartæ, *centimanus centimani* ſecundæ; pariter, *trivium trivij*, *triduum triduj*, a *tres*, *via*, et *dies*.

Rectum in compoſitis tantummodo flectere fas eſt.
1 *Alteruter* rectum neſcit variare priorem.

Dictio compoſita ex duobus rectis, ſeu nominativis per utrumque declinatur, ut *respublica*, in Gen. et Dat. *rei publicæ*: acc. *rempublicam*, &c. Compoſita ex recto et obliquo. i. e. ex nominativo & quovis alio caſu. rectus declinatur, obliquo manente indeclinabili, ut, *jurisperitus* (ex *jus juris* et *peritus juriperiti*, *jurisperito*, *jurisperitum*, &c. Compoſita ex duobus obliquis, per neutrum declinatur, ut, *hujusmodi*, nunquam *huicmodio*, &c. 1 *Alteruter*, licet componatur ex duobus rectis ſeu nominativis, prior tamen manet invariabilis. *Alterutrius*, *Alterutri*, *Alterutrum*, &c Rariſſime *Alterius utrius* &c. Excipitur etiam *Leopardus*, *Leopardi*, &c. non *Leonispardi*, &c.

Puerpera, *puerperium*, *Marspiter*, et ſimila huc non pertinent, quia ex duobus integris Nominativis non componuntur.

In neutris primus, quartus, quintus ſimiles ſunt.
Queis in *a* pluralis ſemper, cum 1 flectimus, exit.

Nomen neutri generis habet, Nom. Acc. et Voc. ſingulares ſemper ſimiles, et plurales perpetuo in *a*, ſi declinetur, ut hoc *templum*, *templa*, hoc *caput*, *capita*, &c. 1 Dixi, ſi declinetur, quia, ſi ſit indeclinabile, in omnibus eadem manet terminatio, hoc *pondo*, in plurali hæc *pondo*.

Eſt primo quintus ſimilis: ſed Græcus *s* aufert,
Sæpe; velut *Thoma*, *Theſeu*, 1 *Panthu*, *Pari*, *Palla*.
Cum 2proprium dat *ius*, dempto *ius*, ſit in *i* tibi quintus,
3 *Filius* addatur: *Deus* o *Deus*; et *meus* o *mi*.
4 *Us* per *e* mutabis bene cætera cuncta ſecundæ.
Interdum excipias *fluvius*, 5 *populus*, *chorus*, *agnus*.

Vocativus ſingularis vulgo, pluralis ſemper, ſimilis Nominativo idque in omni declinatione. ut *penna*, *liber*, *lapis*, *manus*, *dies*, &c. *Panthu*, quaſi *Panthon* cum dipthongo, a Nominativo *Panthons*

thous disſyllabo, pura Græca terminatione. 2 *Virgilius* *Virgilii* *Terentius*, *Terenti*, &c. 3 *Filius fili*. 4 *Dominus Domine*. 5. *Populus*, i.e. multitudo hominum, *populus* vel *popule* in voc. ſed pro arboris ſpecie, ſolum *popule*, ſic *fluvius*, *chorus*, *agnus*, et *Latinus* proprium Regis ſeu Viri nomen, *e* vel *us* in vocativo habere aiunt. Hæc ita declinari vix auſim aſſerere.

Pluralem ſextum ſimilem formato dativo.

Dativus et ablativus plurales ſunt ſemper ſimiles in omni declinatione, ut, *pennis libris*.

Prima declinatio.

Prima dat *as*, *es*, *e*, rectis et *a*: 1 patrius *æ* vult
Cum terno: ſed ab 2 *e* recto genitivus in *es* fit.
3 *As* etiam interdum, ſed græco more videbis.
Caſibus his 4 *Adam* tantum flectunt et *Abraham*.
5 *Am* faciat quartus: finita per 6 *as*, vel 7 *a* Græca.
An quoque formabunt, ſed in *e* ſi deſinat, aut 8 *es*,
En tibi ſemper erit, ſic *Circe* flectito *Circen*.
9 *A* Sextus donat: tamen 10 *es* ac 11 *e* retinent *e*.

Prima declinatio quatuor habet terminationes, unam Latinam, ſc. *a*, ut *Penna*, tres Græcas, *as*, *es*, *e*, *Thomas*, *Anchiſes*, *Penelope*, 1 Genitivus & Dativus fiunt in æ dipthongum, *Pennæ*, &c. Aliquando apud Poetas *a* convertitur in *as*, *aulai in medio* Virg. *Penelope* *Penelopes*, &c. 3 finita in *da*, *ra*, *tha*, et *a* purum, 1. c. Precedenti vocali, ut *Leda*, *Terra*, *Martha*, *Familia*, hic ſæpe *Pater familias*, vel *familia*, &c. 4 *Adam* et *Abraham* aliquando in Genitivo et Dativo *Adæ*, *Abrahæ*, ſed multo melius *Adamus* *Adami*, *Abrahamus* *Abrahami* per ſecundam declinationem flectas. 5 *Pennam* 6 *Thomas Thomam* vel *Thoman*. 7 *Maria Mariam* vel *Martan* 8 *Anchiſes Anchiſen*. 9 *penna*. 10. *Anchiſe*, &c. lege tamen *Anchiſa* in abl. *Anchiſa Genitore*, Virg. hic Latina, illic Græca terminatio. 11 *Grammatice*, vel *Grammatica*, hic etiam Latina, illic Græca terminatio; hæc a *Grammatica*, illa a *Grammatice* in Nom.

Primus pluralis fit in *æ*; Genitivis in 1 *arum*.
Tertius 2 *is* poſcit: tamen 3 *abus* paucula donant,

Filia-

Filita, mula, duæ, liberta, equa, nata, dea, amba.

4 Acculativus pluralis ſemper in *as* fit.

P*enna* &c. 1 *pennarum.* 2 *pennis.* 3 Complura declinantur per *abus, filia, filiabus,* &c. ut ſc differant a maſculinis *filius, filiis.* Præter dicta in regula, pauca alia comperies; ut *Anima, Domina, famula,* &c. 4 *pennas.*

Secunda Declinatio.

Octo ſecunda que tenet fines: tibi quinque Latini,
Sunt *er, ir, ur que,* et *us, um:* quibus apte jungere poſſis.
E*us, os, on* e græcis *os,* &, *on,* per *us, um.* varianda.

Secunda declinatio octo habet terminationes; quinque latinas, *er, ir, ur, us, um,* ut, *liber, vir, ſatur, ventus, templum:* et tres. *Græcus, eus, os, on: eus* (monoſyllabum) Latine vertitur in *eus,* diſſyllabum, *os* in *us, on* in *um,* ut *Orpheus* (triſſyllabum) *Synodos* vel *Synodus, Ilion* vel *Ilium.*

ANNOT:

1 Tria tantum ſunt nomina in *ir, vir, levir,* et T*revir. Hir* indeclinabile, nec eſt, quod cures quotæ ſit declinationis. Unicum in *ur,* ſc. *ſatur.*

2 *Orpheus* (diſſyllabum) *Orpheos* tertiæ declinationis, (triſſyllabum) *Orphei,* in Gen. ſecundæ: de quo ſuis locis.

I patrius ſervat. genitivus non 1 ſuperabit.
2 Creſcit *ir, ur,* 3 *gener,* et *proſper, puer, aſper, adulter,*
Presbyter, atque *tener: miſer, exter, gibber, Iberque,*
Et *Later* atque *ſocer, liger,* 4 orta *gero. fero,* 5 *liber*
Mobile vel Bacchus: queis *dexter* jungere poſſis:
At *Dexter dextri* contractum ſæpe videbis.

Ventus, venti, ager, agri, &c. Genitivus non habet plures ſyllabas, quam nominativus, ut *ager agri.* 2 *vir, viri, ſatur ſaturi,* 3 Hæc ſequentia in *er* creſcunt, i, e plures habent ſyllabas in Gen quam. Nom. P*roſper proſperi,* &c. 4 Compoſita a *gero* et *fero,* ut *laniger, furcifer, lanigeri, furciferi,* &c. 5. *Liber* i, e, codex, vel libellus, *libri* in gen. at pro Baccho vel adjectivo *liber, liberi, liberum, liberi.*

Unus, *uter*, *neuter*, cum *solus*, &*ullus*, et *alter*,
Atque *alius totus* formant per *ius* Genitivum,
Atque per *i* ternum; sed protrahe semper 1 *alius*,
2 Interdum normam videas servare priorem.

Hæc nomina in omni genere formant Genitivum in *ius* et Dativum in *i*. *unus*, *a*, *um*; *unius*, *uni*, &c. 1 *alius* penult. brevi in Nom. *Alius* pen. longa in Gen. 2. Aliquando per generalem regulam flecti horum nonnulla videas: *nullus nulli*: *nulli consilij sum*, Ter. et multo melius est in re grammatica dicere *neutri generis*, quam *neutrius*, &c.

Ei vel *eï* vel *eos* dabit *eus*: volet *Androgeos* o.

Superius dictum finita in *eus* esse & in secunda et tertia declinatione, *Orpheus* trissyllabum in secunda, dissyllabum tertia, hoc *Orpheos*. illud *Orphei* (trissyllabum) formans Genitivum, et non raro *eï* in dipthongon seu unam syllabam contrahuntur, et aliquando prior vocalis abjicitur, *Achilleus* (quatuor constans syllabis) *Achillei*, etiam quatuor vel *Achillei* tribus, et *Achilli*: *Exuvias indutus Achilli*, Virg *duri miles Ulyssei id*. ab *Ulysseus Androgeos Androgeo* Genitivusquartæ declinationis apud Græcos, Latine *Androgeï*.

ANNOT.

Obiter hic advertas, neminem linguæ Latinæ peritum, qui Græcæ sit ignarus: hæc plurimum confert ad illius notitiam acquirendam.

I vates quandoque jacit: ceu *Cura peculi*.

Vulgare est apud Poetas, cum genitivus desinat in geminum *ij*, alterum metri gratiâ abjici, ut *Peculium*. *Peculij*, *peculi*, *Negotium*, *negotij*, *negoti*, &c. Sed de hoc et similibus plenius agetur sub finem primæ partis.

Tertius et sextus formantur in *o* tibi casus.
Ei quoque dat ternus Græce, si rectus in *eus* fit.

Libro, &c, 1 jam dictum *eus* (monosyllabum) esse tertiæ declinationis, *Orpheus* (dissyllabum) in gen. *Orpheos* Dat *Orphei*: at *Orpheus* trisyllabum, in gen. *Orphei*, Dat *Orpheo* regulariter.

Um poscit quartus: quandoque per 1 *on* loco Græca;

Eus

Eus, 2 *ea* corripias: interdum flectito longum.

Librum, &c. 1 *Synodus* vel *Synodos*, hinc in acc. *Synodum* vel *Synodon*, 2 Sæpius jam dictum *Orpheus* dissyllabum tertiæ esse declinationis, ideoque formari *Orphea* pen, brevi, et aliquando longa: *Ilionea petit dextrâ*, Virg. ab *Ilioneus*. At si in secunda hæc declines, acc. fit in *um*, et aliquando per *on Orpheus*, trissyllabum, *Orpheum*, vel *Orpheon*: *Orpheon esse rata*, Ovid.

Primus pluralis fit in *i*. vult patrius 1 *orum*:
Græcus fiet in 2 *on*. 3 *is* tertius. 4 *os* dato quarto.
Festa lego per *ibus* licet *orum* dent genitivis.
6 *Ambo duo* neutri generis sunt masculeique;
Mas *o* vel *os* quartus donat, vult tertius *obus*.

Libri, &c. 1 *librorum*, 2 Hi *Cimmerij*, *Cimeriorum* vel *Cimmerion* 3 *libris* 4 *libros* 5 Nomina festorum, ut, hæc *Saturnalia*, festum in honorem Saturni. Gen *Saturnaliorum* in secunda, vel etiam *Saturnalium* tertia declinatione: Dat *Saturnalibus*, rarius *Saturnaliis* in secunda Sic *Vulcanalia*, *Bacchanalia*, &c. 6 Nom, *ambo*, *amba*, *ambo* Gen, *amborum*, *ambarum*, *amborum*. Dat *ambobus*, *ambabus*, *ambobus*, Acc. *ambo* sed sæpius *ambos*, *ambas*, *ambo*. *Duo* eodem modo declinatur.

ANNOT.

Deus in nom. plur, *Dij* et sæpe *Di*, rarius *Dei*; Dat, *Dijs* vel Dis, ratius *Deis*, ab antiquo nom, *Dius*: hinc, *Sub dio* dicimus, i, e, sub jove, vel aere,: *Manet sub jove frigido venator* Hor.

Tertia Declinatio.

Tertia dat varios fines: dans 1, *is* Genitivo:
Græcorum patrius vel in 2 *os*, vel in 4 *is*. vel in 5. *us*, fit.

Plurimæ sunt hic terminationes: plus minus septuaginta, quarum præcipuæ, *a*, *e*, *o*. *al*, *el*, *il*, *ol*, *ul*, *an*, *en*, *in*, *on*, *ar*, *er*, *or*, *ur*, *yr*, *as*, *es*, *is*, *os*, *us*, *bs*, *ls*, *ms*, *ns*. *rs*, *ax*. *ex*, *ix*, *px*, *ux*. quarum exempla facile ex sequentibus regulis colligas. 1. Genitivus semper fit in *is* more Latino. ut *Pater patris*, *Jupiter Jovis*, &c. Sed hæc generalis regula parum confert ad formandum Genitivum: ideoque innumeræ fere particulares sequuntur. 2 Græ-

ca in *os* finiunt, *Paris Paridos*, vel etiam Latinè *Paridis*, 3 nullum nomen tertiæ declinationis habet *i* in genitivo. *Ulysseus*, ut jam dictum, trisyllabum format *Ulysseos*, quod si per quatuor syllabas pronuncies, habet *Ulyssei* in secunda declinatione 4 Græca solæminina in *o* habent in gen *us* in reliquis casibus *o*, ut statim patebit ex particulari regula Nominum in *o*.

Regulæ Speciales.

Semper *a* mittit *atis* ver tes *e* per *is* Genitivo.

Thema thematis. 1 *Sedile Sedilis.*

Addito *nis* post *o*. dat *inis* 1 muliebre *do, goque,*
2 *Virgo, ordo, margo,* cum *cardine, Apollo, Cupido,*
Turbo homo, ceu *nemo*: tamen *unedo* postulat *onis.*
3 *Enis* habent *Anio, Nerio*: *Caro* dat tibi *carnis.*
4 Græca velut *Dido* muliebria sic modo flectas,
Us capiat patrius, reliqui dant *o* bene casus:
Attamen hæc eadem poteris variare per 5 *onis.*

Sermo sermonis &c. 1 *formido formidinis, caligo caliginis.* &c. 2 Hæc masculina, aût communia etiam per *inis* flectuntur. *virgo virginis.* &c. 3 *Anio anienis, Nerio, nerienis,* ab antiquis Nominativis. *Anien. Nerien.* 4 *Dido didus dido,* &c. 5 legis etiam *didonis.*

Lac tibi formabit *lactis*: *Boqudis Boqud* optat,
David 1 *davidis* patrio, vel *Davidis* effer:
Davidis penultima longa vel brevi, sed sæpius brevi:
Additur *is* post, *l*. sed *lis* jungunt sibi 1 *mel, fel.*

animal animalis &c. 1 *mel, mellis. fel fellis.*

Additur *is* post *n*: tamen 1, *on* quandoque dat *ontis*
2 Donat *inis* neutrum, 3. *pecten*, 4 *flamen, Cano,* 5 natum.

Titan titanis. Delphin delphinis. &c. 1 pauca Græca in *on* habent *ontis*. *Demophoon Demophoontis. Acheron Acherontis.* &c. Plura sequuntur generalem regulam, *Memnon memnonis. Helicon Heliconis.* &c. Quædam utrumque sortiuntur. *Ctesiphon onis* vel *ontis*. sed prius a *Ctesipho* formari volunt. 2 Hoc *carmen carminis*. 3 sic hic *pecten pectinis*. 4 Hoc *flamen flaminis*. Item *fla-*

lamen, i. e. Sacerdos. 5 *Tibicen tibicinis*, *Tubicen Tubicinis*, a *Tibia* & *Tuba* ac *cano*.

R capit is patrio. *far farris* postulat: 1 *Hepar*
Hepatos efficiet: 2 *cris* mobile *cer* dat, ut *acer*
Ac *alacer*: 3 *bris* dant *imber* cum prole, *Saluber*
Et *Celeber*. 4 Per *tris ter* formes omne Latinum,
Et 5 *Pater* & *Mater* jungas, dat *eris later* & *cor*
Cordis: 6 *Iter iteneris*. 7 *Jovis* optat *Jupiter* usque.
8 *Robur oris*, *Jecur*, atque *femur* tibi præbet *eburque*.

Calcar calcaris, &c. 1 *Hepar hepatos* vel *hepatis*, ab antiquo Nom. *Hepas* 2 Adjectiva in *cer* formant *cris*, *Acer acris* 3 *Imber* cum suis compositis, per *bris*, *Imber imbris*, *celeber celebris*, &c. 4 Latina in *ter* per *tris*, *frater fratris*, &c. 5 *Pater* & *Mater* sunt Græcæ voces, sed normam Latinarum sequuntur. 6 *Iter itineris* ab *itiner* vetere Nominativo. 7 *Jupiter Jovis*, a Nominativo *Jovis*, & *Jupiter* quasi *Jovis pater*, honoris gratia. 8 *Robur roboris* &c.

As interponit *tis*: *mas maris*: 1 *As* dabit *assis*.
Hoc *vas vasis* habet; *vas* hic *vadis*: 2 *antis* habere
Masculа Græca volunt 3 per *adis* non mascula ponas.

Pietas Pietatis, &c. 1 *As* vel *assis* in Nom. 2 Hic *elephas elephantis*, *gigas gigantis* 3 Non mascula, i. e. fœminina vel communia per *adis* flectas, hæc *Pallas Palladis*, hic aut hæc *Arcas arcadis* &c. His jungas *Ceras ceradis*, viri aut loci nomen.

Es mutabis in *is*. 1 Græcus dat multa per *etis*.
Adde 2 *ques*, *locuples*, *mansues*. 3 Per *etis teges* exit,
Et *seges interpres*, *præpes*, *paries*que *abies*que,
Indiges, atque *aries*, *perpes*, *teres*, ac *hebes* addo.
4 Cætera masculei, aut generis communis, ut, *hospes*
Dant *itis* in patrio: sed normam rite reservant
Hæc duo communem, 5 *vates*, *verres*. 6 per *itisque*
Flectendum *dives*, *sospesque*, *superstes*, & *ales*,
Quæ Adjectiva vocant, saltem numero anteriore.

Pes dat *edis* 7 Natum a *sedeo* dat *idis*: volet 8 *edis*
Hæres, sic *merces*: 9 *bes bessis* flectitur apte.
Atque *Ceres Cereris*; 10 *pubes*, ut *puber* habeto;
Ac etiam *pubis*, normam servans generalem.
Æs æris, *præs prædis* habet, dipththongus utrique est.

Sedes sedis, &c. 1 Plurima Græca formant *etis* longum, *lebes lebetis*, *tapes tapetis*, &c. multa utroque modo, *Chremes Chremis*, vel *Chremetis*, &c. 2 Hæc tria Latina, *quies*, *locuples*, *mansues* per *etis* longum; *quietis*, &c. 3 *Teges*, & cætera hic enumerata habent *etis* breve, *Teges tegetis*, &c. 4 Omnia reliqua in *es* masculini vel communis generis formant *itis*, ut *limes limitis* &c. quæ videas in regula, *Es sit fœmineum*, &c. 5 *vates* & *verres* generalem regulam sequuntur, *vates vatis*. 6 *Dives*, *sospes*, *superstes* & *ales*, quæ saltem in singulari Adjectiva habentur, plural in neutro genere Nom: Acc: & Voc: non reperiuntur, per *itis* etiam flectas, *divitis*, &c. 7. *Obses obsidis*, *præses præsidis*. 8 *Hæres hæredis*, pen: longa. 9 *Bes* vel *Bessis* in Nom: 10 *pubes puberis* vel *pubis*; hoc Substantivum, illud Adjectivum volunt *pubes puberis*, qui incipit pubescere, *pubes pubis*, signum pubertatis.

Is non mutabo: 1 dant *dis cuspisque lapisque*,
Et 2 *cassis* galeam signans, & plurima 3 Græca.
Dant per *eos*, per *ios* per *yos*, per *ydos*, per & *entos*
Ac *inos* quædam: 4 facilis prout glossa docebit.
Is mutant in *eris* 5 *pulvis*, *cucumisque*, *cinisque*,
Et *vomis*, quia in *er* quondam posuere vetusti.
6 *Pollis*, *sanguis*, *inis*, quia *pollen*, *sanguen*, habebant.
Dis, *lis*, dant *itis*; cum *Samnis* junge *Quiritem*.
Glis format *gliris*, *semis semissis* habebit.
Sola *Charis charitis* correptum dat Genitivo.

Navis, *navis*, hic & hæc *omnis* hujus *omnis*. 1 *Cuspis Cuspidis* *lapis lapidis*. 2 hic *cassis* i. e. rete, hujus *cassis*: hæc *cassis* i. e. galea, hujus *cassidis*. 3 Innumera fere sunt Græca *idis* vel *idos* formantia, *Paris paridis*, vel etiam *Paris*. *Tyrannis Tyrannidis* &c. 4 Multa habent *eos*, vel *ios*, *hæresis hæreseos* vel *hæresios*; *Metamorphosis*

tamorphosis, &c. Nullum nomen in *is* format *yos*: sola finita in *ys* habent *yos*: sed quia *is* & *ys* apud Latinos eundē fere habent sonum ideoque *yos* hic posuit Desp. *Erymys Erymyos*: sic *chelys chelyos* &c. Pauca in *ydos* & *entos*; *Chlamys chlamydos*, *Simois Simoentos* aut *Simoentis*, &c. Pauca etiam, quorum Nom. est *is* vel *in*, habent *inis* vel *inos*; ut *Delphis vel Delphin, Delphinis*, vel *inos Salamis salaminis*, &c. 5 *pulvis pulveris* à *pulver*, &c. 6 *pollis pollinis* à *pollen*, *sanguis sanguinis* à *sanguen*.

Flectere si cupias varios cognoscito fines

Os tis interponit. 1 *Glos*, *mos*, *flos*, *ros*, facit *oris*.
2 Quod dedit *or*, faciet veluti prius. *Ossis os* optat;
Os oris, *custos custodis*, *bos bovis*: 3 *ois*
Thos, *Minos*, & *Tros*, capiunt, quibus additur *haros*.

Cos cotis, &c 1 *Glos gloris*, vel, ut alii volunt, *glotis*, i. e. mariti soror: sed raro vel forte nunquam leges in obliquis saltem. *Glos glossis*, i. e. lignum putridum. 2 Nomina quæ in *or* vel *os* fiunt, obliquos formant ab *or*, non ab *os*, ut *arbor* vel *arbos arboris*; *honos* vel *honor honoris*. Sic *labor*, *lepor*, *odor*, *vapor*, & aliquando *labos* &c. 3 *Thos Thois*, *Minos*, *Minois*, &c.

Us tibi mittit *oris*: 1 *Pejus* ceu *pejor* habebit.
Dant *eris* 2 *hulcus*, *olus*, *vellus*, *venus*, & *genus* atque
Viscus, *acus*, *fœdus*, *scelus* & cum *pondere*, *vulnus*,
Munus, *onus*, *fidus*, *latus*, ac *opus*, & *vetus* addo,
Et *funus*, *rudus*, 3 Per *oris* vel *eris* volo *pignus*,
Et *fœnus flectas*: per *oris* potius tamen effer.
Sed *Glomus* hoc *Glomeris*; *Glomus* hic tu flecte secundæ.
4 *Uris* habet *sellus*, veluti monosyllaba: *grus*, *sus*,
Dant *uis*. *Intercus* dat *utis*. 5 *Liquris Ligus* optat
6 Dat *pecus* hæc *pecudis* 7 Loca Græca feruntur in *antis*.
Pus ortum dat *odis*. *Subscus*, *incus*, *palus udis*.
9 *Utis* fœmineum reliquum. *Laus fraus*que dat *audis*.

Tempus temporis, penult brevi, &c. 1 *Pejus*, & omnia reliqua Adjectiva comparativi gradus, ut, *Doctius*, *melius*, habent *oris* longum, sicut *Pejor*, *Doctior*, *Pejoris* &c. 2 *hulcus hulce is olus olere*

&c. 3 *Pignus* & *fœnus* vulgo *oris*. rarius *eris*. 4 *Tellus*, & omnia monosyllaba, ut *rus mus*, &c. habent *uris*, *telluris*, *ruris*, &c. At *grus gruis*, *sus suis*. 5 *Ligur ligyris* penult brevi, à *ligur*. 6 Hæc *pecus pecudis*; hoc *pecus pecoris*. 7 Pauca propria nomina habent *untis*, *opus opuntis*, *Trapezus trapezuntis*, &c. 8 *OEdipus OEdipodis*, *Trapus tripodis*, &c. 9 *Juventus*, *senectus*, *servitus*, *senectutis*, &c.

Bs, Ps, Ms, Ls,

I posito inter *bs*, & *ps* formes genitivum.
1 *E* pere mutabunt polysyllaba: dat *cupis auceps*.
Optat *hyems hyemis*, *puls pultis* flectitur apte.

Trabs trabis, *stips stipis* &c. 1 *Celebs celibis*, *municeps municipis*, &c. Sed *auceps aucupis*.

Ns, & Rs.

Ns aut *Rs*, *S* demens, *tis* dabit apte.
Dis vult *glans*, *nefrens* 1 Capitis *lens*, & folium *frons*.
Et *libripens*, *concors*, *discors*, & cætera 2 proles
Elmins elminthos, *Tiryns*, *Tirynthos*. 3 *Euntis*
Optat *iens* cum prole; tamen quod ab 4 *ambio* ducit
Ortum, per primam normam servabit *ientis*.

Mons montis, *ars artis*, &c. 1 *lens*, i. e. pediculus, *lendis* legumen, *lentis*; sic *frons*, i. e. folium arboris, *frondis*; anterior capitis pars, *frontis*. 2 *vecors*, & siqua alia. 3 *iens euntis abiens abeuntis*, &c. 4 *Ambiens ambientis*.

ANNOT

Quiens, (potens, vel qui potest) *queuntis*; *nequiens* (non potens vel qui non potest) *nequeuntis* a *queo* & *nequeo* Num vero ab *E* ducant originem, lectoris esto judicium.

A *caput* est *capitis*, 1 *cipitis* semper dato proli:
2 Quæ tamen a *capio* veniunt aliter volo flectas.

1 *Occiput occipitis*, *sinciput sincipitis*: Sic *anceps ancipitis*, *præceps præcipitis* &c. 2 *municeps municipis*, *particeps participis* &c. Vide finita in *ps*. Fateor, non facile discerni posse a pueris, quæ à *Caput*, quæ a *Capio* componantur.

X in *cis* muto: sic *tradux traducis* optat.

Xin *gis* vertunt *lex*, *remex*, *frux*, *aquilexque*,
Et *rex*, *grex*, nec non his addas plurima 1 Græca:
Impetigem jungas. Verum polysyllaba si sint,
E per *i* mutabis: sic *vertex verticis* effer.
E tamen hoc retinent *myrmex*, *celexque*, *lelexque*,
Adjungas *vervex*, *aquilex*, *halexque*, *resexque*.
Flecte *senex senis*, atque 2 *supellex lectilis* optat.
Nix nivis, & *nox noctis* habet. 3 dant pauca per *actis*.
Conjugis a *Conjunx*, sed malim dicere *conjux*.

1 *Sphinx sphingis*, *Phryx Phrygis*, &c. 2 *Supellex supellectilis* a Nominativo *supellectile*, Hinc in plurali *supellectilia*. 3 *Astyanax Astyanactis*, *Bibrax Bibractis*, &c.

ANNOT.

Solumque Briax formatur in axis, ait Despauterius, cum revera ex Plinio patet, *Briaxis* esse nominativum. *Hoc Deorum quinque colossos fecit Briaxis*, lib. 34. cap 7, *Briaxis Æsculapium fecit*, cap. 8. apud eundem legas *Briaxidis* in Gen: & *Briaxin* in Acc.

Dativus.

Tertius i præbet, si demas *s* Genitivo.

Pater patris patri, *Lapis*, *lapidis lapidi*.

Accusativus

Em casus ternæ quartus communiter optinet.
1 Crescentem Græci per *a* quartum læpe dedere.
2 Tollitur *os* purum, quod habet rectum per *us*, *ysve*.
Im dant *vis*, 3 *cucumis*, *navis*, *tussis*, *sitis*, 4 atque
Plurima Græca; 5 leges etiam per *in*, *ynve* frequenter.
Em dat & *im buris*, *pulvis* cum *clave securis*,
Et *puppis*, *turris*, *restis*, sic *febris*, *aqualis*,
Et *pestis*, *navis*, *torquis* conjunge *hipennim*.

Patrem, *sororem*, &c. 1 *Paan Paanos* vel *paanis* in Genitivo; hinc in acc: *paana* potius qua *paanem*. Sic *lampas lampadem* vel *lampada*, &c. 2 Finita in *os* purum a Nominativo in *us* aut *ys* non habent *m*, sed *im*, *in* aut *yn* *Genesis*; *genesios*; hinc *Genesim*, aut

aut *Genesin*, non *Genesia*. Sic *chelys chelyos chelyn*, *Capys capy* &c. At *heros heroos*, *heroem* vel *heroa*, &c. 3 *Cucumis* in Gen *cucumis*, hinc *cucumim*, at *cucumis cucumeris*, a *cucumer*, in Acc *cucumerem*: 4 *Paris* in Gen: *paris*, hinc in Acc: *parim* vel *pari* at *paris paridis* vel *paridos*, *paridem* vel *parida*, &c. 5 formati Accusativi pendet a Genitivo, ut in *Paris* videre est. *Tigris* i Gen: *tigris*, Acc: *tigrin* vel *tegrim* tam pro fluvio, quam animal at *tigris tigridis*, *tigridem* vel *tigrida*.

Ablativus.

De Substantivis Regula.

Sextus *e* donabit: sic *miles milite* format.
1 At dabit *i* nomen neutrum, quod in *al* vel in *ar* fit,
2 Sicut *e*: tolle *jubar*, *sal*, *far*, & *nectar*, & *hepar*
3 I quoque dat, cujus quartus fiebat in *imve*,
Aut *in*: Sic *strigilis* cum *mucilis*, atque *canalis*.
4 I vel *e* formabis, cum quartus in *em* vel in *im* Et.
His addas *finis*, *fustis*, *pugil*, & *vigil*, *imber*,
Unguis, *avis*, *postis*, *vectis*, cum *nepte suppellex*,
Atque *tridens*, *classis*, cum *civis*, & *amnis*, & *ignis*.
Si bene discutias doctorum scripta virorum,
6 Plura leges. Sed tu cautus 7 potiora notabis.

1 Hoc *animal*, *salcar*, *animali*. *calcari*, &c hic *Hannibal*, *Cæsar*, *Hannibale*, *Cæsare*. 2 hoc *sedile sedili*, &c. Apud Poetas tamen *e* pro *i* videas. *De mare*, Ovid. 3 Quæ habent *im* vel *in* in Acc formant Ablativum per *i*: *Vis vim vi*, *Paris parim* vel *parin*, hinc *pari*: at *paris paridis*, *paride* tantum. 4 Si Accusativus habet *em* vel *im*, Ablativus *e* vel *i*, *febris febrem* vel *febrim*, hinc *febre* vel *febri*. 5 *Finis* & cætera hic descripta nomina, licet in acc. non habent *im*, sed solum *em*, formant tamen abl. per *e*, & non raro in *i*. 6 *Tempus tempore*, & aliquando *tempori*, *Vesper vespere* vel *veperi*, *sors sorte* vel *sorti*. Rus *rure* vel *ruri*, &c. 7 Elige usitatiora sic *ignis igne* sæpius, quam *igni*; &c.

De Adjectivis Regula.

Adjectiva, quibus neutrum per *e* desinit, *i* dant:
In quibus annumeres menses, ut, 1 *Aprilis Aprili*.

2 Mo-

2 Mobilibus reliquis *e* vel *i* dabo. 3 *Plus* cape *pluris*
Semper *e* formabunt tibi *pauper*, *ſoſpes* & *hoſpes*.

Adjectiva quorum neutrum ſit in *e* habent ſolum *i* in Ablativo, hic & hæc *dulcis*, hoc *dulce*, hinc *dulci*, &c. apud Poetas tamen interdum per *e* videas; á *cæleſte ſagitta*, Ovid. pro *cæleſti*, metri gratia. 1 Menſes, qui ſunt tertiæ declinationis, habent ſolum *i*; *September*, *October*, *November*, *December*, & *Aprilis*, *Septembris*, &c. per nos Subſtantiva vel Adjectiva appelles, *Aprilis*, ſc: *menſis*. 2 Omnia reliqua Adjectiva habent indifferenter *e* vel *i*: *felix felice* vel *felici*, &c, Vix tamen dicerem *Deo volenti*, ſed *volente*. 3 *Plus* in ſingulari Subſtantivum, plurali Adjectivum habetur, de quo poſtea.

Nominativus pluralis.
Maſculini aut fœmini generis.

Es primus pluralis habet, *lapides* tibi monſtrat:
Es aut *is* tantum *Tralleis*, *Sardeiſque*, requirunt;
Interdum 1 *Gadeis*, *Alpeis*; quibus addito *Syrteis*.

1 *Gadeis*, *Alpeis*, *Syrteis* raro, *Gades*, &c. ſæpe formant.

Nom. Acc. Voc. plur. neutri generis.
Quando *a*, quando *ia*, formandum.

Quod dedit *i* ſexto, (1 niſi comparat) hoc *ia* ponit.
2 *Pluria* nunc raro. 3 ſed *apluſtria*, *apluſtraque* dices.
Degener, atque *vetus* per *a* tantum flectere oportet.
4 Si ſextus ſolum formabit *e*, non *ia* pones.

Hoc *animal*, Abl. *animali*, hinc *animalia*. *Felix*, Abl. *felice*, vel *felici*, *felicia* &c. 1 Comparativus gradus nunquam *ia*, *melior* Abl. *meliore* vel *meliori*, *meliora*, non *melioria*. 2 *plus* Abl *pluri* *plura*, raro *pluria*. 3 *apluſtre* Abl. *apluſtri*, hinc *apluſtria*, vel etiam *apluſtra*, ſed hoc à Nominativo *apluſtrum* formes. 4 *Caput capite*, hinc *capita*, &c. Leges interdum *tempus*, *rus* & alia in Abl. *tempori*, *ruri*, ne tamen hinc inferas hæc formare *ia*, *temporia*, *ruria*, ſed ſolum *tempora*, *rura*.

Genitivus pluralis.

Græca per *on* flectas, per & *um* per *ium* ve Latina.
Græca habent *on*, *Lampas lampadon* Græce, vel *lapadem* Latine:

tine: Latinorum quædam *um*, quædam *ium*. *caput capitum*, *animal animalium*.

Formantia *ium*.

Præbet *ium* patrius. si sextus in *i* fuit ante.
Tolle 1 *Vigil*, *supplex*, *opifex*, *vetus*, & *pugil*, 2 & quod
Comparat, excepto *Plus*, 3 *artificem*, *strigilemque*,
Atque *inopem*, *memorem*, *consortem* jungito, 4 & orta
A *Pede* & à *Capio*; quibus addas *compos*, & *impos*,
Degener & *Dives*, 5 Quædam contracta videbis.

Hoc *sedile* abl. *sedili*, hinc *sedilium*: *felix felice* vel *felici*, *felicium*, &c. 1 *Vigil* Substantivum *vigilum*, Adjectivum aliquando *vigilium*. 2 Comparativus gradus semper *um*, præter *Plus Melior melsorum*, &c. 3 *Artifex*, & reliqua composita a *facio*, *um* solum, *artificum*, *carnifex carnificum*, &c. 4 *quadrupes quadrupedum*; *particeps participum*. 5 *animans*, abl. *animante* vel *animanti*, hinc *animantium*, & aliquando *animantum*, &c.

Formantia *um*.

Um sibi deposcunt, quorum modo sextus in *e* fit.
Omnibus à reliquis *bos* discrepat, usque *boum* dans.
1 *As* dat *ium* Latiale: 2 magis polysylla dant *um*
Donat *ium Samnis*, *linter*, *caro*, *dos*, *uter*, *os*, *os*,
Glis, *faux*, *nix*, *nox*, *cor*, *lis cos*; 3 quodque *uncia* donat,
4 *S* quoque non crescens; 5 velut *ns*: junge 6 *Quiritem*,
Tolle *canis*, *panis*, *vates*, *juvenis*, 7 *volucrisque*,
8 *Indolem* & adjungas, nec non *prolem*, *sobolemque*,
Donat *ium* cum *mure cohors*: 9 monosyllaba junge,
Confona bina tenet si finis: 10 finge priorem
Tantum plurali numerum, 11 Signato figuras.

Caput capite capitum, *tempus*, *tempore temporum* tantum, licet aliquando forte videas *temporis* in abl. 1 *mas marium*, *vas*, *vadium*, &c. 2 *civitas civitatum*, potius quam *civitatium*, 3 *Septunx septuncium*. 4 Finita in *es* & *is* non crescentia, ut *sedes*, *sedis sedium*, *mensis*, *mensis*, *mensium*, &c. 5 *Infans infantium*, *parens* (i. e. pater aut mater) *parentium*, &c. Sæpissime tamen

infantum

infantum, parentum leges 6 *Quiris quiritis quiritium.* 7 *Volucres* Subſtantivum *volucrum*; Adjectivum *volucrium* legas. 8 *Indoles, proles, ſoboles* raro in plurali videas. 9 *Urbs urbium, pars partium*, &c. 10 Ubi deeſt ſingularis, fingatur, ut, *Fores forium, manes manium*; quia ſi ſingularem haberent, eſſet *foris* vel *fores, manis*, aut *manes*, hinc in Gen. *foris, manis, s* quoque non creſcens. 11 Ut in aliis declinationibus, hic præcipue contrahuntur, vel dilatantur voces, ut, *Cohors cohortum* vel *cohortium, Ales alitis, alitum*, & aliquando *alituum*. Sed de hoc pluribus agetur ſub finem primæ partis.

Dativus pluralis.

Tertius eſt in *ibus*: *bos bobus* flectitur apte,
Interdum *bubus* videas. 1 Et ſæpius *is* dant
Græcorum quædam; quod monſtrat rite *poema*.

Homo hominibus, &c. 1 Finita in *ma* vulgo per *is* flectuntur; ut *Poema, poematis* vel *poematibus*. *Ænigma ænigmatis*, &c. à Nominativo *Poematum* in ſecunda declinatione.

Accuſativus pluralis.

Es quartus pluralis habet: 1 Sed cum Genitivus
Format *ium*, quartum vel in *eis* vel in *is* quoque pones:
Quos fines ſemper *Tralleis, Sardeſque* requirunt.
2 *As* quoque formabit, cum quartus *a* præbuit ante.

Homo homines. 1 *Urbs urbium*, hinc *urbes, urbeis*, & *urbis*. *Omnis omnium, omnes omneis*, & *omnia*. *Omnis* in Acc. plur. eſt prima apud Sal. vox. 2 *Lampas* Acc. ſing. *lampadem* vel *lampada*; hinc *lampades* vel *lampadas*.

Quartæ declinationis numerus ſingularis.

Quarta dat *us* recto: dat & *u* prius invariatum.
1 *Us* Genitivus habet: per *uis* flexere vetuſti.
3 Tertius optat *ui*: 4 quandoque per *u* quoque lectus.
5 *Um* retinet quaatus. 6 fit ſextus in *u* tibi caſus.
7 *Um* quarto, reliquis *u* caſibus optat *Ieſus*.

Quarta declinatio duas habet terminationes; *us*, ut, *fructus*, &, ut, *cornu* quod in ſingulari eſt indeclinabile. 1 hujus *fructus*. Interdum apud antiquos reperies *uis*; *Ejus annuis cauſa*, Ter.

3 huic *fructui*. 4 *Paree metu*, Virg. pro *metui*: vulgare est apud Poetas auferri literam à fine dictionis. 5 hunc *fructum*. 6 ab hoc *fructu*. *Iesus*, (tribus constans syllabis) sic declinæ: *Iesum* in Acc. Gen. Dat. Voc. & Abl. *Iesu*.

Numerus pluralis.

Primus pluralis cum quarto semper in *us* fit.
1 Dat Genitivus *uum*. 2 per *ibus* formato Dativum.
Dant 3 *ubus artus*, *acus*, *quercus*, *lacus* & *specus*, *arcus*,
Et *tribus* ac *partus*. 4 sed *portus ibus*, dat *ubusque*.
Forsitan & 4 *quæstus* à deponente creatum.
6 Quod si multa legas, fortassis plura notabis.

Hi & hos *fructus*, &c. 1 horum *fructuum*. 2 his *fructibus*. 3 *artus artubus*, *arcus arcubus*, &c. ut differant ab *Ars artibus*, *arx arcibus*; ut vulgo docetur. 4 *portus portibus*, vel *portubus*. 5 *quæstus* cum vocali, à deponente Verbo *queror quæstubus* aliquando, sed *quæstus* cum diphthongo, à *quæro quæstibus* solum format. 6 *Veru verubus* vel *veribus*; *genu genubus* & *genibus*.

Quinta Declinatio.

Es rectus: Genitivus 1 *ei*; sic flecte Dativum.
Em poscit quartus: fit sextus in *e* tibi casus.
Primus pluralis cum quarto semper in *es* fit.
Erum dat patrius: ternum formabis in *ebus*.

Hæc res hujus & huic *rei*: hanc *rem*, hac *re*, hæ & has *res* harum *rerum*, his *rebus*. 1 *ei* interdum diphthongus; sc. monosyllabum: ut *fidei*, disyllabum interdum *ei* per duas syllabas pronunciandum: sic *fidei* trisyllabum est. Aliquando i ausertur ut apud Virg: *die* pro *diei*.

Libra die, somnique pares ubi fecerit horas,

De HETEROCLITIS
Liber Tertius.

HEtero clitum hic, seu irregulare, est, quod contra generalem aliquam Regulã declinatur, ut hoc *cælum cæli* in singulari, *cæli cælorum* plurali variat genus. Hoc *epulum epuli*, hæ *epulæ epularum*, variat & genus & declinationem.

Tri

Triplex est Heteroclitum: *Abundans*, *Deficiens* & *Varians*, secundum vulgarem versiculum:

Deficit, aut variat Heteroclita vox, vel abundat.

Multa nomina *abundantia*, *deficientia*, vel etiam *variantia* appelles diverso respectu. E. G. *Nundinum* deficiens dici possit, quia caret plurali *Nundina*: vel varians, quia variat genus & declinationem: sc: hæ *nundina nundinarum*: *Farsier*, hoc *frænum* in singulari: hi *fræni* vel hæc *fræna* videtur abundans; vel, si placet, hi *fræni* deficiens est, quia non legimus *frænus*.

Variantia.

Masculа sunt primo numero; sed neutra secundo
Dindymus, *infernus*, *locus*, *Ismarus*, & *joca*, *cetus*;
Mavala, *Taygetus*, ceu *tartara*, *massica*, *avernus*,
Sibila, *Pangæus*, ceu *Tænara*, *carbasa*. 1 dant hi
Quædam plurali: 2 verum *loca* non damus arti.

Dindymus, &c. in singulari masculina sunt; plurali neutra. 1 Ex his quædam in plurali etiam masculina; hic *jocus*, hi *joci*, vel hæc *joca*. 2 *Locus* ad artes pertinens; (nempe Logicam, Rhetoricam &c) in plurali semper masculinum: ut si dicas: *Varii apud Logicos sunt argumentationum loci*: at extra artem in masc. vel neut. ponas, ut, *Multa sunt in illa regione loca accessu difficilia*: vel *multi difficiles*, &c.

Hæc prius, hæc post dant tibi *Pergamus* atque *Supellex*.

Hæc duo nomina in singulari fœminina, plurali neutra: hæc *Pergamus pergami*, *Supellex supellectilis*: plur. *Pergama*, *orum*: *Supellectilia*, *ium*.

Masculа plurali numero sunt, neutra priore.
Elysium, *cælum*, quibus apte jungitur *Argos*.
Plurali numero sunt masculа, neutrave *frænum*,
Et *filum*, *claustrum*, *rastrum*, conjunge *capistrum*.
Est primo numero neutrum *Plus*; omne secundo.

Hoc *elysium*, hi *elysii*: hoc *Argos*, hi *Argi*. 1 *Plus* in singulari Substantivum habetur neutri generis: in plurali Adjectivum: hi & hæ *plures* & hæc *plura*.

ANNOT.

Sanctius, aliique complures viri doctissimi asserunt *Plus* tam

in ſingulari, quam plurali eſſe Adjectivum: *Ne plus tertia pars æſtimatur mellis*, Plin. Hic aiunt *Plus* cum voce *Pars* genere concordare. Alii ſupprimi volunt *Quam*; *Ne plus, quam tertia pars æſtimatur mellis.* Apud ipſum *Sanctium* legas: *Nemo uno plus expectato præmium* quod hi reſpuunt tanquam incongruum, pro *Nemo uno plus expectato præmio.* Per nos utrumlibet eligas. Aſſerere tamen non veremur, *Plus* in ſingulari ſæpe vim & naturam habere Adjectivi, imo tanquam Adjectivum convenire cum Subſtantivo, ut apud Plaut. *Mortuus pluris pretii eſt, quam ego.* Et ſi in neutro licet dicere, *Pluris pretii*: cur non etiam in maſculino *Pluris valoris.*

Dic *epulas* & *delicias*; numerus prior *um* dat.
1 *Balnea* dic, vel *eas*: tantum prior *um* numerus dat.
2 *Nundinum* apud veteres; nunc uſus *Nundinæ* habebit.

Hoc *epulum*, *delicium* in ſingulari, hæ *epulæ*, *deliciæ* plurali. 1 hoc *balneum*, hæ *balneæ*, *arum* vel hæc *balnea*, *orum*. 2. hoc *nundinum*; ſed ſæpius hæ *nundinæ*, *arum*

Vas vaſis ternæ; pluraliter eſto ſecundæ.
1 *Jugerum* amat flexum numero præeunte ſecundum:
Jugera plurali numero nunc tertius optat.
Jugeris in patrio videas & *jugere* ſexto.

Hoc *vas vaſis* tertiæ: hæc *vaſa vaſorum* ſecundæ declinationis 1 hoc *jugerum jugeri* ſecundæ: hæc *jugera jugerum jugeribus* tertiæ. Reperies tamen *jugeris* in Genitivo, & *jugere* in Abl. tertiæ.

Indeclinabilia.

Nomen in *u* nullum numero variabo priore;
1 Nuſquam nomen in *i*, 2 numeroſque, 3 notaſq; reflecto.
4 Hinc *duo*, *tres*, *unus* volumus cum 5 *millia* demi;
Et quæ dat *Centum*: teſtem tibi pone 6 *ducenti.*

Finita in *u* in ſingulari non declinantur, ut, *Cornu* per omnes caſus, plurali, *cornua cornuum cornibus.* 1 Finita in *i* nuſquam i. e. nec in ſingulari nec plurali flectuntur: ut, hoc *gummi*, &c. 2 Numerus cardinalis non declinatur, ut, *quatuor*, *quinque*, &c. at ordinalis declinatur: ut *quartus*, *a*, *um*: *quintus*, *a*, *um* &c. 3 Notæ, i. e. nomina literarum, non flectuntur: ut, *a*, *b*, *alpha*, *beta*, &c. 4 *Unus*, *duo*, *tres* declinantur ſecundum regulas ſupr

supra traditas. 5 *Mille*, Substantivum in singulari indeclinabile, plurali *millia, millium, millibus*, ut, *mille hominum*: at *mille* Adjectivum caret singulari, nec in plurali declinatur, ut, *mille homines*. 6 *Ducenti, æ, a*, &c.

Barbara multa manent non flexa: quibus dato *cape*,
1 *Pondo, pedum, nequam*, 2 *nugas, hir, fasque, nefasque*,
3 *Nil, nihil*, 4 *instar, ador*, 5 *tot, quot*, cum prole utriusque,
Adde *necesse* datis, *frit*, 6 *præstoque*. 7 Plurima jungunt
Indocti; ut *Rhemis*: tu *Rhemi* flectere debes.

Innumera fere nomina, quæ nec Latina, nec Græca sunt, manent indeclinabilia, præcipue virorum, mulierumque cognomina: quale *Bel*, quod, licet non varietur, in omnibus tamen reperitur casibus: *Thomas Bel fecit*, Nom. *Liber Thomæ Bel*, Gen. *Dixi Thomæ Bel*, Dat. *Vidi Thomam Bel*. Acc. &c. Quam vocem si placet, Latine vertas, *Belus, Beli*, &c. 1 *Pondo* cum reliquis Latinis vocibus hic numeratis nunquam variatur, *unicum pondo*: *duo vel tria pondo*, &c. 2 Diligenter notandum voces ad certam aliquam significationem restrigendas esse, cum ad hanc vel aliam regulam referantur, ut vox hæc *Nugas*, i. e. *Nugax*, vel *Nugator*, seu *mendax*, est indeclinabilis: at *nugas* in Acc. plur. a Nom. *nugæ nugarum*, i. e. res nauci, seu nihili, declinatur. 3 *Nil* contractum pro *nihil*, ut & *nihil*, indeclinabilia sunt, at *Nihilum* declinatur, ut *Templum*, saltem in singulari. 4 De *Instar* multum contendunt Grammatici: quidam Nomen, alii Adverbium statuunt: *Vossius* hæret, nec quo se vertat, habet, illud inter Adverbia enumerans, in parenthesi tamen ait, Verius Nomen videri, quam Adverbium. Pag. 252. *Nominales* isti, ut ita loquar, devictis *Adverbialibus*, inter se bella cient, alii Substantivum, alii Adjectivum statuentes. Nos nomen Snbstantivum perpetuo esse asserimus, de quo in secunda parte pluribus agetur. 5 Hi, hæ, hæc *tot, quot*, horum, harum, horum, *tot*, &c. quibus addas Composita, *totidem, quotquot, quotcunque*, &c. 6. hic, hæc, hoc *præsto*, i. e. præsens; *pater præsto est, mater præsto ambo præsto sunt*. 7 Non solum rudes, & indocti, sed & viri literatissimi coguntur sæpe vel vernacule multa proferre, vel novas fingere voces: quandoquidem nunc temporis innumeræ fere sunt rerum species, quæ apud Romanos non erant, qualia. *Bombarda, pulvis sulphureus*, cum infinitis aliis. Quoad præsens institu-

tum, noli dicere, Hæc *Rhemis*, Gen. *Rhemis*; sed hi *Rhemi Rhemorum*. Pariter, hæ *Bergæ Bergarum*, non hæc *Bergis*, hujus *Bergis*. Nec facile est opidorum, vicorum, pagorum, &c. nomina in latinam formam ita vertere, ut vocum sensum lector intelligat.

Vix retinent rectum *frondis*, cum *semine*, *frugis*,
Cum *arbore*, *dapis*, *precis* & *necis* & *vicis* atque
Remigis! addis 1 *opem*, nisi divam significarit.
Verberis adjicito. 2 *Primoris* Servius addit.
Aleo dat rectos, ut *Ganeo*: jungitur *expes*.
Ganeo vult etiam quartum. 3 *Satias* dabit *ate*.
4 *Nex*, *Remex*, & *Daps* poterunt aliquando videri.

Frons, i. e. folium arboris, *semen*, *frux*, *ditio*, *daps*, *prex*, *nex*, *vix*. *Remex* raro vel nunquam in Nominativo leguntur. 1 *Ops*, i. e. Dea terræ in Nominativo legas: at pro auxilio non item ut, *Tulit mihi opem vel auxilium*. *Nihil opis tulit*: hic deest Nominativus. 2 *Primor* in usu non est: & raro in singulari videas: plurali *Primores*, i. e. regni primates seu nobiles. 3 *Satias* in Abl. *satiate*: reliqua desunt. 4 *Nex*, *remex*, & *daps* aliquando reperiuntur: *Insidiatori & latroni, qua potest afferri injusta nox*, Cic.

Vocativo carentia.

Quærens, distribuens, infinitumque, neganſque,
Et referens vocitante carent. 1 Pronomen ut omne,
Quatuor exceptis, *Noster*, *Nostras*, *Meus*, & *Tu*.

Quærens, i. e. Interrogativum: ut, *quis*, *qualis*: Distribuens, i. e. Distributivum; ut, *quisque*: Infinitum, i. e. Indefinitum: *aliquis*, *siquis*: Negans, i. e. Negativum: ut, *nullus*, *neuter*, *nemo*: Referens, i. e. Relativum: ut, *qui*, *quæ*, *quod*, carent vocitante, i. e. Vocativo. 1 Omnia Pronomina Vocativo carent, exceptis *Noster*, &c. Apud Ciceronem tamen legas: *O nox illa, quæ tantas tenebras huic urbi attulisti*! Num *Illa*, sit Nom. an Voc. lectori esto judicium

Ablativum solum habentia.

Est Ablativus nonnullis solus in usu:
Permissu, *jussu*, *promptu*, queis junge *rogatu*,
Et *natu*; sic 1 *sponte*, *astu*, *noctuque*, *diuque*.
Perscrutando libros his multo 2 plura notabis.

1 Re-

1 Reperies *sponsis* in Gen. & forsan alia. 2 *Relatu, hortatu impete*, &c. Videbis tamen *impetis* in Gen.

Plurali numero cum sexto tertius abſit,
Et patrius quintæ. 1 *Res* atque *aes* capis inde.
2 Talia ſunt *jus, thus, æs, os, far, defruta, morum, Hordea, mulſa, forum, vinum, mare*, jungito *rus, mel, Oribus*, & *vinis*, & 3 plura legendo notabis.

*N*omina quintæ declinationis in plurali carent Gen. Dat. & Abl. 1 *Res, dies*, & pauca alia excipiuntur: *Species, facies* interdum in his caſibus reperias. 2 *jus, thus*, &c. raro vel nunquam in hiſce caſibus leguntur. 3 *Hyems* &c. raro, ſi unquam *hyemibus* format,

1 *Cætera* maſculei rectum removeto priorem.
Dic *fors forte, luesque luem*. 2 *mactis* dato *mactæ*,
3 *Tantundem* ſolum *tantidem* debet habere.
Cum primo quartum quintumq; 4 *ſpecus*, petit, & 5 *plus*,
Pluris & a *pluri* neutrum; plurale ſit omne.
Suppetiæ, inficiæ, dant quartum: *dica* dat *as, am*.
6 Deque *veru veruum* tollunt: 7 *Grates* dato fratres;
Gratis, grate leges: *Repetundarum repetundis*.
8 *Vis, vis, vim, vi*, dat, quondam has *veis*, nunc fero *vires*.

1 Hæc *cætera*, hoc *cæterum*: Gen. *cæteri, æ, i*, &c. *Cæter* in uſu non eſt. 2 *mactus, a, um*, &c. in uſu non ſunt, niſi *Mactæ* in Voc. ſing. & *Mactis* in plur. i. e. bona indole prædite, vel prædíti. 3 *Tantundem* in Nom. & Acc. & *tantidem* in Gen: reliqua exoluerunt. 4 *Specus* tertiæ declinationis ſolum habet Nom. Acc: & Voc: *In ſpecu* leges. 5 De *plus* ſatis jam dictum 6 Aiunt *veru*, carere Gen: plur: 7 *Grates* habet fratres i. e. tres ſimiles caſus, ſc. Nom: Acc: & Voc: plur: & *gratis grate* in ſing. 8 volunt *vis* carere Dat. ſing: plur: *vires virium viribus*, olim *veis*.

Propria plurali (1 niſi ſint pluralia tantum)
Cuncta carere volunt: 2 frumenta, 3 legumina & 4 herbas;
Atque 5 metallorum ſpecies; 6 ſpecieſque 6 liquorum:
Nec non quæ. 7 libræ, vel quæ 8 menſuræ adhibentur,

A 2

tum, noli dicere, Hæc *Rhemis*, Gen. *Rhemis*; ſed hi *Rhemi Rhemorum*. Pariter, hæ *Bergæ Bergarum*, non hæc *Bergis*, hujus *Bergis*. Nec facile eſt opidorum, vicorum, pagorum, &c. nomina in latinam formam ita vertere, ut vocum ſenſum lector intelligat.

Vix retinent rectum *frondis*, cum *ſemine*, *frugis*,
Cum *arbore*, *dapis*, *precis* & *necis* & *vicis* atque
Remigis: addis 1 *opem*, niſi divam ſignificarit.
Verberis adjicito. 2 *Primoris* Servius addit.
Aleo dat rectos, ut *Ganeo*: jungitur *expes*.
Ganeo vult etiam quartum. 3 *Satias* dabit *ate*.
4 *Nex*, *Remex*, & *Daps* poterunt aliquando videri.

Frons, i. e. folium arboris. *ſemen*, *frux*, *ditio*, *daps*, *prex*, *nex*, *vix*. *Remex* raro vel nunquam in Nominativo leguntur. 1 *Ops*, i. e. Dea terræ in Nominativo legas: at pro auxilio non item ut, *Tulit mihi opem vel auxilium*. *Nihil opis tulit*: hic deeſt Nominativus. 2 *Primor* in uſu non eſt: & raro in ſingulari videas: plurali *Primores*, i. e. regni primates ſeu nobiles. 3 *Satias* in Abl. *ſatiate*: reliqua deſunt. 4 *Nex*, *remex*, & *daps* aliquando reperiuntur: *Inſidiatori & latroni, qua poteſt afferri injuſta nox*, Cic.

Vocativo carentia.

Quærens, diſtribuens, infinitumque, neganſque,
Et referens vocitante carent. 1 Pronomen ut omne,
Quatuor exceptis, *Noſter*, *Noſtras*, *Meus*, & *Tu*.

Quærens, i. e. Interrogativum: ut, *quis*, *qualis*: Diſtribuens, i. e. Diſtributivum; ut, *quisque*: Infinitum, i. e. Indefinitum: *aliquis*, *ſiquis*: Negans, i. e. Negativum: ut, *nullus*, *neuter*, *nemo*: Referens, i. e. Relativum: ut, *qui*, *qua*, *quod*, carent vocitante, i. e. Vocativo. 1 Omnia Pronomina Vocativo carent, exceptis *Noſter*, &c. Apud Ciceronem tamen legas: *O nox illa, quas tantas tenebras huic urbi attuliſti*! Num *Illa*, ſit Nom. an Voc. lectori eſto judicium

Ablativum ſolum habentia.

Eſt Ablativus nonnullis ſolus in uſu:
Permiſſu, *juſſu*, *promptu*, queis junge *rogatu*,
Et *natu*; ſic 1 *ſponte*, *aſtu*, *noctuque*, *diuque*.
Perſcrutando libros his multo 2 plura notabis.

1 Re-

1 Reperies *spontis* in Gen. & forsan alia. 2 *Relatu, hortatu, impete,* &c. Videbis tamen *impetis* in Gen.

Plurali numero cum sexto tertius abſit,
Et patrius quintæ. 1 *Res* atque *aies* capis inde.
2 Talia ſunt *jus, thus, æs, es, far, defruta, morum, Hordea, mulſa, forum, vinum, mare,* jungito *rus, mel, Oribus,* & *vinis,* & 3 plura legendo notabis.

Nomina quintæ declinationis in plurali carent Gen. Dat. & Abl. 1 *Res, dies,* & pauca alia excipiuntur: *Species, facies* interdum in his caſibus reperias. 2 *jus, thus,* &c. raro vel nunquam in hiſce caſibus leguntur. 3 *Hyems* &c. raro, ſi unquam *hyemibus* format,

4 *Cætera* maſculei rectum removeto priorem.
Dic *fors forte, luesque luem.* 2 *mactis* dato *mactæ,*
3 *Tantundem* ſolum *tantidem* debet habere.
Cum primo quartum quintumq; 4 *ſpecus,* petit, & 5 *plus, Pluris* & a *pluri* neutrum; plurale ſit omne.
Suppetiæ, inficiæ, dant quartum: *dica* dat *as, am.*
6 Deque *vera veruum* tollunt: 7 *Grates* dato fratres;
Gratis, grate leges: *Repetundarum repetundis.*
8 *Vis, vis, vim, vi,* dat, quondam has *veis,* nunc fero *vires.*

1 Hæc *cætera,* hoc *cæterum*: Gen. *cæteri, æ, i,* &c. *Cæter* in uſu non eſt. 2 *mactus, a, um,* &c. in uſu non ſunt, niſi *Mactæ* in Voc. ſing. & *Mactis* in plur. i. e. bona indole prædite, vel prædíti. 3 *Tantundem* in Nom. & Acc. & *tantidem* in Gen: reliqua exoluerunt. 4 *Specus* tertiæ declinationis ſolum habet Nom. Acc: & Voc: *In ſpecu* leges. 5 De *plus* ſatis jam dictum 6 Aiunt *veru,* carere Gen: plur: 7 *Grates* habet fratres i. e. tres ſimiles caſus, ſc. Nom: Acc: & Voc: plur: & *gratis grate* in ſing. 8 volunt *vis* carere Dat. ſing: plur: *vires virium viribus,* olim *veis*.

Propria plurali (1 niſi ſint pluralia tantum)
Cuncta carere volunt: 2 frumenta, 3 legumina & 4 herbas;
Atque 5 metallorum ſpecies; 6 ſpecieſque 6 liquorum:
Ne non quæ. 7 libræ, vel quæ 8 menſuræ adhibentur,

Ad-

Adjungat aliqui: 9 tamen usurpare licebit
Plurali numero semper cum postulat usus.

Omnia propria nomina Deorum, virorum, regionum urb um, fluviorum, montium, &c plurali numero carere aiunt; *Jupiter, Jacobus, Gallia, Londinum, Tybris, Ætna*, &c. Quædam nomina, præcipue urbium, in plurali tantum leguntu ut, hi *Parisii, orum*: hæ *Athenæ, arum*, &c. 2 *Triticum, Pisum*, aut *pisa*. 4 *Ruta*. 5 *Aurum*. 6 *Lac*. 7 *Butyrum*. 8. *Pa nus*. 9 Hæc omnia in plurali usurpantur, quoties requirit usu ut, *Septem habuimus Jacobos, Scotorum Reges. Tres dicuntur f sse Joves*, Verum *Jacobus* hic Proprium non est: sed Appella vum, seu commune. At, *Jacobus*, inquias, qua *Jacobo* Sext seu septimo est proprium: plurali destituitur: Nil hoc enun ato verius fateri necesse est: Sed de singulis vocibus idem effera *Nasus*, qua tuum vel meum denotat, plurali destituitur,

Masculina plurali carentia.

Vix plurali tenent, *aer, pontus, sopor, æther,*
Hesperus, & *vesper*, 1 *sanguis, limusque, fimusque,*
Et *nemo, ceſtus, viscus*, cui jungito *mundus*.

Fœminina plurali carentia

Fama, fames, 3 *lux, culpa, lues, nex, gloria, labes,*
Alvus, humus, sitis, atque *salus, plebs, talio, tabes,*
Atque *Strues, soboles, proles*, queis junge *supellex,*
Pax, cholera, & *bilis*, cumque *indole, pix, fuga* junga
Sic *brevitas, levitas*, & quæ 4 conformia nôris
Mobilibus deducta suis: sic plurima quintæ;
Ut *Sanies, rabies*, poterunt his millia jungi.

Neutra plurali carentia

Pascha, salum, sænum, letum, jubar, atque 5 *macellum,*
Ver, canum, fel, pus, Gluten, vitrum, barathrumque,
Atque *lutum*. Sunt, his qui longe plura notarunt.
9 At bene si inquiras doctorum scripta virorum,
Multa secus cernes, quam lex vult Grammaticorum

1 Leges. *Viri sanguinum*, i, e, truculenti, & sævi, Hebraismus est, 2 *Mundus*, 1, e, ornatus mulierum plurali forte caret,

at pro toto terrarum orbe in plurali ſæpius legas; ut, *Deus potuit multos creaſſe mundos.* 3. *Lux*, i. e. lumen in plurali non legas; at pro Die videas; *poſt tres luces*, i. e. dies. 4. Infinita fere ſunt Subſtantiva ab Adjectivis derivata, quæ rarius in plurali reperias; ut, *felicitas* à *felix*, *fortitudo* a *fortis*, *ſpurcities* a *ſpurcus*, &c. 5. Cur dicere non licear, *Hæ in urbe duo vel tria ſunt macella*, vix video. De multis aliis idem cenſeas. 6. De omni fere Regula hæc efferas verba, *Multa ſecus cernes, quam lex vult Grammaticorum.* Superius dictum, *Plus cape pluri*; i. e. *Plus* in Abl. *pluri*: interdum tamen *plure* leges, &c.

Pluralem tantum numerum *Duo*, *treſque* tenebunt,
Et reliqui numeri, quibus eſt a cardine nomen:
Tot, *quot*, cum natis *aliquot*, *quotquot*, *totidemque*
Adjungas, aliquando etiam, quod nomine gaudet
1 *Diſtribuens*: nobis poterit monſtrare *quaterni*.
Adjungas 2 ludos, urbes, & feſta, libroſque.

Numerus cardinalis, ut, *Duo*, *tres*, *quatuor*, ſingulari caret; at ordinalis, ut, *Secundus*, *tertius*, *quartus*, habet. 1 Diſtribuens, i. e. numerus diſtributivus raro legitur in ſingulari, ut, Hi *ſeptoni*, hæ *ſeptenæ*, hæc *ſeptena*. Reperies tamen, *In ſeptono gurgite*. 2 Nomina Ludorum, ut, *Megalenſes*, *Cereales*; multarum etiam urbium; ut, hi *Philippi*; feſtorum, ut hæc *Saturnalia*, *Vulcanalia*, librorum, *Bucolica*, *Georgica*, carent ſingulari.

Maſculina ſingulari carentia.

Maſculei generis ſunt hæc pluralia tantum;
Cancelli, 1 *cani*, *gemini*, 2 *ſuperi*, *inferi*, & *antes*,
Liberi & *annales*, *natales*, & 3 *codicilli*.
Poſteri, item *locuſ*, *majores*, atque *minores*,
Et *pugillares*, *manes*, *lemures*, *proceresque*.
4 Infinita alia his addas. 5 quædam tamen horum
Interdum numero poteris reperire priore.

1 Proprie eſt *canus*, *a*, *um*: i. e. candidus; & *cani*, ſc. *capilli*. 2 Item, *ſuperus*, *a*, *um*: *ſuperi*, ſc. *dii*. Item de *Inferi*.

& multis aliis dicas. 3 Erravi hic de industria in voce *Codicill* brevians syllabam *Co*: nec aliter emendes, nisi interponen *Que*, *Codiquecilli*; quod nequaquam placet. 4 ut, *hi optim tes, primates, magnates, primores*, &c. 5 *Geminus est fra tuus*, Plaut. *Agnoscoprocerem*, Juv.

Fœmina singulari carentia.

Hæc plerunque carent numero muliebria primo,
Nuptiæ, & *exequiæ*, *nonæ*, 1 *idus*, atque *calendæ*,
Excubiæ, *gerræ*, *nugæ*, *scopæque*, *minæque*,
2 *Literæ*, & *exuviæ*, *thermæ*, *tricæ*, *tenebræque*,
Feriæ & *insidiæ* cum *cunis*, *reliquiisque*,
Anxiæ & *inferiæ*, cum *diris*, *vindiciisque*,
Quisquiliæ, *phaleræ*, *clitellæ*, *induciæ*, & 3 *ædes*,
Primitiæ cum *divitiis*, & *Gadibus*, *Alpes*,
Manubiæ, atque *facetiæ*, 4 *opes*, *salebræ*, *scatebraqu*
Cætera vix versu potero tibi dicere: 5 verum
Interdum numero potientur pauca priore.

1 Hæ idus iduum idibus. 2 litera, i, e. *A, b, c*, &c. in sin lari legas: at hæ *literæ, arum*, i. e. *epistolæ*: nisi forte apud P tas. 3 hæc *ædes, ædis*, i. e. *templum*: hæ *ædes, ædium*, i. e mus. 4 hæ *opes opum*, i. e. *divitiæ*: hujus *opis, opi, opem*: *auxilium*: de quo superius dictum. 5 hæc *scopa, æ*, &c.

Neutra singulari carentia.

Hæc, & 1 plura leges tantum pluralia neutra;
Mœnia cum *castris*, sic *arma*, *crepundia*, *Bactra*,
Compita cum *fabris*, *bellaria*, 2 *lustra ferarum*,
Exta, *cibaria*, *tesqua*, *repotia*, cum *paraphernis* 3
His *præcordia*, & *incunabula*, *munia* jungas.
3 *Mœnia* sunt ternæ: sed cætera cuncta secundæ:
Interdum numero potientur pauca priore.

1 *Mappalia, magalia, sponsalia*, &c. 2 Hoc *lustrum* la in singulari, i. e quinquennium, seu spatium quinque annor hæc *lustra lustrorum*, ferarum specus. 3 *Mœnia mœnium* ter reliqua omnia secundæ declinationis.

Abundantia.

Multiplex unò ſenſu dicatur Abundans;
Teſtentur *clypeus*, *clypeum*; *baculus*, *baculumque*,
Signus vel *signum* jungas; ſic *piſque piſum*;
Cum pene innumeris, quæ lectio multa docebit.

Ut Nomen ſit abundans, requiritur, eandem habeat ſignificationem: ideoque *os oſſis*, vel *oris*, abundans non eſt, quia diverſa ſignificant. Abundantia ſunt fere innumera, varioque reſpectu ſic nominantur. Quædam abundant ſola terminatione: ut, *arbor* vel *arbos*: quædam ſola declinatione, hæc *laurus lauri*, vel *laurus*; &c. Quædam licet in eadem declinatione, varie tamen formando obliquos caſus, ut, *Paris* Gen. *Paris*, *Paridis* vel *Paridos*: Acc. *Parim*, *Parin*, *Paridem* & *Parida*: *Chremes*, *Chremis* vel *Chremetis*: *Chremem* vel *Chremetem*, cum infinitis aliis jam dictis, & poſtea dicendis, quorum pauca in ſequenti hac Regula habeas.

Multa tibi flexum dant quartum, ſive ſecundum;
Ut, 1 *domus*, & *laurus*, *ficus*, *colus*, & *penus* adde.
Et *lacus*, & *quercus*, *pinus*, *cornus*, *monstuſque*,
Cum multis aliis: 2 ſed tu potiora notabis.
Multa etiam primum vel ternum: 4 multa ſecundum,
Vel ternum: 5 quædam ternum, quartumve requirunt:
In flexu terno, vel quinto pauca videbis.

1 *Domus*, & quædam alia, licet in diverſa repetiantur declinatione, non tamen per omnes caſus: *Domus*, Gen. *domi* vel *domus*: Dat. *domo* vel *domui*: Voc. *domus*, non *dome*: Nom. plur. *domus*, non *domi*: Gen. *domorum* vel *uum*: Dat. *domibus* non *domis*: Acc. *domos* vel *domus*, ſecundum vulgarem verſiculum.

Tolle me, mi, mi, mis, ſi declinare Domus vis.

Præterea *domi* & *domus* in Gen. ſic differunt, ſi quis roget, ubi ſit pater: Reſp. *Domi*, vel *in interiore domus parte*, non *domi*. 2 Leges aliquando *Lectus*, Gen. *Lectûs*: ſed multo uſitatius *Lecti*: quod in multis obſervandum. 3 *Oreſtes Oreſta*, vel *Oreſtis*. 4 *Œdipus œdipi* vel *œdipodis*. 5 *Specus ſpecoris*, vel *ſpecûs*: ſalem in quibuſdam caſibus. 6 *Requies requietis* vel *requies*.

Satis eſt hæc attigiſſe: innumera autem ſunt, quæ varie a va-

ris declinantur: num vero, hæc & similia, *Colluvio colluvionis, & colluvies colluviei: contagio, onis, contages, is, & contagium contagii*, sint Abundantibus annumeranda, lectoris esto judicium.

Adjectiva volunt seu ternam, sive secundam
Orta ex his fixis, 1 *Limus, barba, arma, bacillus, Norma, jugum, clivus, nervus, somnusque animusque*
Queis jungas *frænum*. Multum lege, 2 plura notabis.

1 *Illimus, a, um*, vel hic & hæc *illimis*, hoc *illime*, & sic de reliquis: *imberbus, inermus, imbecillus, anormus*, hi *bijugi, orum* vel *bijuges ium*: *declivus, enervus, insomnus, unanimus, effrænus*. 2 *Terenmus, a, um*, vel *is, e*, a *par* & *annus*: *elumbus* vel *is*, ab *e* & *lumbus*, &c.

De COMPARATIONIBUS.

Liber Quartus.

TRes sunt comparationis gradus, Positivus, Comparativus, & Superlativus: Positivus rem sine excessu significat, ut, *doctus*. Comparativus, cum excessu, sed non summo; ut, *doctior*: Superlativus summo cum excessu; ut, *doctissimus*. Aliquando tamen comparativus excedit superlativum: *Tibi persuadeas* (scribit Cic. ad filium) *te mihi esse charissimum; sed multo fore charius; si talibus præceptis lababere.*

Ea solum Adjectiva comparari solent, quorum significatio augeri, vel minui potest, ut, *Dulcis, dulcior, dulcissimus*, &c. Comparantur nonnulla quidem, quorum significatio re verâ augeri aut minui nequit; sed tantum secundum vulgarem hominum opinionem, aut communem loquendi consuetudinem, ut, *Verus, verior, verissimus*: potest enim quid alio esse dulcius, at nil vero verius.

Formatio comparativi secundæ declinationis.

Doctior a *docti* est: ità formes cuncta secundæ.
Excipienda *bonus melior, magnus* dato *major*,

At

Atque *malus pejor*: sic *nequam nequior* effer.
Parvus flecte *minor*; 1 *Multum plus* dicere oportet.
Finita in 2 *dicus*, atque *ficus loquus* & *volus* optant
Entior: ast aliunde petunt, ut glossa docebit.

Comparativus formatur a proximo casu in 1; id est, a Genitivo secundæ, a Dativo tertiæ declinationis, ut suo loco patebit, addendo syllabam *or*, ut, *tener, teneri, tenerior*, &c. 1 *Multus* & *multa* comparativum non format, sed *multum* habet *Plus*: quia, ut superius dictum *Plus* in singulari Substantivum, plurali Adjectivum habetur. 2 Adjectiva in *dicus*, ut, *maledicus*; *ficus*, *magnificus*; *loquus*, *multiloquus*; *volus*, *benevolus*, formant *maledicentior*, *magnificentior*, *multiloquentior*, *benevolentior*, idque regulariter per sequentem regulam a *maledicens*, *magnificens*, *multiloquens*, *benevolens*.

Formatio comparativi tertiæ declinationis.

Fortior a *forti* est: ita formes 1 cætera terna.
2 *Junior* a *juvenis*: normam quandoque refervat.

Formatur a proximo casu in *s*, id est, a Dativo, addendo *or*, *felix felici felicior*, &c. 1 *Mollis molli mollior*, &c. 2 *juvenis juvenis*, rato *juvenior*, sed *junior*.

Formatio Superlativi.

A patrio *docti* formes *doctissimus* apte:
Non minus a terno *forti fortissimus* effer:
Scilicet *s* semper præit, & *simus* additur illi.
Excipias 1 *superus supremus*, & *intimus inter*:
Posterus in *postremus* abit: *bonus optimus* edit;
Maximus a *magnus*; sic *pessimus* a *malus* effer.
Plurimus a *multus* semper deducere oportet:
Parvus amat *minimus*, *nequam nequissimus* inque.
Si positivus in 2 *er* fiat, debet *rimus* addi.
Extimus exter habet; quod & *extremus* bene format;
Sic 3 *citer* & *dexter*, quibus addas rite *finister*,
Dant *timus*. 4 Atque *vetus* variare *veterrimus* optat.

S mutant in *mus* 5 *facilis, similisque, humilisque.* Raro 6 *agilis gracilis, docilis*: sæpe 7 geminatur. 8 Quæ *entior* efformant, pones *entissimus* apte.

Superlativus formatur a proximo casu in *i*, id est, a Genitivo secundæ, a Dativo tertiæ, addendo *s* & *simus*, ut, *doctus docti doctissimus, felix felici felicissimus.* 1 *Superus* in usu non est, in superlativo *supremus.* 2 *tener tenerrimus.* 3 *Citer citimus, dexter dextimus, sinister sinistimus.* 4 *veterrimus* ab antiquo Nominativo *veter.* 5 *Facilis facilimus*, vel *facillimus*, &c 6. *Agilis, gracilis, docilis*, sæpius per generalem regulam *agilissimus, gracilissimus, docilissimus*, quam *agillimus* aut *agillimus, gracillimus, docillimus.* 7 vel *similimus* aut *simillimus.* 7 *Maledicens maledicentissimus*, a *maledicens*, ut superius dictum, &c.

Nomina in *us* purum prædictas spernere normas
Consuerunt: his junge *Magis*, cum *Maxime*, & apte
Talia suppletâ formabis nomina voce.

Nomen in *us* purum, i. e. ni *us* præcedente vocali, ut *pius, arduus*, non comparatur secundum regulas supra traditas, sed pro comparativo addas *Magis*, superlativo *Maxime*, ut *pius, magis pius, maxime pius*: Gen. *pii magis pii, maxime pii*, &c. Idem quidem facias cum omni Adjectivo: *doctus magis doctus, maxime doctus*, &c. Interdum tamen reperies Adjectiva in *us* purum regulariter formata: præcipue in superlativo, ut, *strenuus, strenuior, strenuissimus*, &c. Obiter hic notandum non illepide comparari vocem *Tuus* in oratione illa, quam habuit vir eruditissimus, D. *Alex. Humius* Ludimagister *Dumbarensis* coram *Jacobo* sexto an. 1617, cum ex *Anglia* rediret. *Hiberni*, inquit, *tui sunt, Angli tui sunt, Scoti vero tuissimi.* Ubique fere leges *Ipse ipsissimus.*

Fixa gradus non dant: sed dant 1 Adverbia quædam.

Nullum Substantivum comparatur, quia ejus significatio nec augeri nec minui potest. Si quod tamen Substantivum Adjectivi naturam induat, comparari potest; ut, *Nero*, i. e. crudelis, *neronior*, i. e. Nerone crudelior: fuit enim Nero vir crudelissimus. 1 Quædam Adverbia temporis & qualitatis comparantur: temporis, ut *sæpe, sæpius, sæpissime: diu, diutius, diutissime*, &c.

Qua-

Qualitatis, *ſapienter, ſapientius, ſapientiſſime: feliciter, felicius, felicisſime*: *bene. melius, optime*, &c.

Vides ſuperlativum idem ſemper eſſe cum Vocativo nominis maſculini generis: comparativum idem cum neutro genere: de poſitiva certa regula tradi nequit: *facile, facilius, facillime: difficulter, difficilius. difficillime*, &c.

Carentia poſitivo.

Hæc viduata gradu ſunt pauca ſequentia primo,
Ultimus ulterior, prior & *primus, propiorque,*
Proximus, 1 *Ocyor* atque *ocyſſimus* adjiciatur.

1 *Ocyor* in poſitivo ſuppleas voce ſynonomâ, i. e. idem ſignificante: *Celer, ocyor, ocyſſimus*.

Carentia comparativo.

Multa gradu careant medio; velut *inclytus*, atque
Fidus & *invitus, faiſus, belluſque, ſacerque.*

Hæc etiam ſuppleas hunc in modum: *Inclytus, magis inclytus*, &c. Rarius etiam in ſuperlativo legas: ideoque potius dicerem: *Eſt vir hic maxime fidus*, quam *fidiſſimus*. De aliis idem cenſeas: ut, *claudus, egenus*, &c. Licet quis alio videatur (ut ita dicam) claudior, & egenior: hiſce tamen vocibus non utimur, ſed *magis claudus, maxime claudus*, &c.

Carentia ſuperlativo.

Multa gradu careant terno, pro teſte *adoleſcens*;
Atque *ſenex, juvenis*, cui *dives*, 1 pluraque jungunt.
Anterior addunt quidam: verum poſitivum
Anterus aut *anter*, raro aut vixvideris unquam.

1 *Longinquus, propinquus, remiſſus*, &c.

ANNOTATIONES in NOMINA.

Prima Diviſio.

Nomen eſt Subſtantivum, *Pater*: Adjectivum *Paternus*. Subſtantivum, Proprium, *Carolus*; Appellativum *Rex*.

Ad

Adjectivum, comparabile, *doctus*: incomparabile, *omnis*.

Incomparabile, Interrogativum, *quis*: Relativum, *qui*: Partitivum, *quisque*: Demonstrativum, *ille*: Possessivum, *meus*. Gentile, *Scotus*: Numerale, *octo*.

Numerale est Cardinale, *tres*: Ordinale, *tertius*: Distributivum, *ternus*: Multiplicativum, *triplex*.

Nomen est pars orationis per genera, numeros, casus flexa, sine tempore rem denotans.

Substantivum una cum Verbo perfectum facit sensum: ut, *Video Regem*.

Adjectivum sine Substantivo perfectum non facit sensum, *Video meum*, sc. *patrem*.

Proprium uni rei est peculiare: ut, *Jacobus*. Quadruplex habetur, Prænomen, Nomen, Cognomen, Agnomen.

Prænomen honoris causa Nomini præponi solet: ut, apud veteres *Marcus*, *Publius*, &c. *Marcus Tullius*, *Publius Virgilius*. Sic *Pater Æneas*, honoris gratia. Apud nos varia & frequentia sunt Prænomina, seu honorum tituli, & gradus, *Princeps*, *Dux*, *Marchio*, *Dominus*, *Magister*, &c. Atque hi virorum tituli: sue habent & fœminæ, *Ducissa*, *Comitissa*, *Domina*, *Magistra*, &c.

Nomen cuique proprium est, illud sc. per quod quisque appellatur, *Petrus*, *Joannes*, &c.

Cognomen familiam aut gentis originem indicat, ut *Stuartus* unus ex Stuartorum familia.

Agnomen paucis tantum convenit; & ab eventu aliquo hominibus accidit; hinc Ovidium *Nasonem* appellant, quia (ut aiunt) magnum habebat nasum. Agnomen sæpe transit in Cognomen *Joannes Broun*, *Black*, *White*, *Gray*, *Webster*, & infinita alia apud nos Cognomina.

Appellativum est multis commune, ut, *homo*, *lapis*, &c. Sic *Jacobus*, qua multis Jacobis commune. ut superius dictum.

Comparabile, cujus significatio augeri vel minui potest; Incomparabile è contra; de quo jam.

Interrogativum rogat; Relativum præcedens respicit; Partitivum sigillatim multa significat; Demonstrativum digito quasi aliquid indicat; Possessivum proprietatem denotat; Gentile patriam aut gentem monstrat; Cardinale numerum integrum; Ordinale certum quendam dicit; Distributivum in partes dividit; Multiplicativum posse in partes dividi ostendit. Exempla jam habes.

Secunda Divisio.

Nomen est Primitivum, *Lapis*; Derivativum, *Lapillus*.

Primitivum a nulla alia originem habet: Derivativum, (vel potius *Derivatum*) a Primitivo ducit ortum.

Derivatorum alia vocantur Denominativa, a Nomine sc. derivata: *Justitia* a *Justus*: alia Verbalia, a Verbo deducta: *Dictio* a *dico*. alia Diminutiva, quia diminuunt Primitivi significationem: *opusculum*, i. e. parvum opus. *Opusculum* igitur & est Diminutivum & Denominativum.

Tertia Divisio.

Nomen est simplex, *omnis*; Compositum, *omnipotens*. Simplex una constat voce: Compositum ex duabus conficitur.

Nimium a Grammaticis sudatur de vocum origine: *Terra*, aiunt a *Tero*, quia terra pedibus teritur: *Lapis* a *lado* & *pes*, quia lædit pedem. Ridiculum! Ipse non sine tædio & nausea Concionatorem quendam per aliquot dies publice in suggesto declamantem & audacter asserentem audivi, vocem *Dominus* componi vel ex *Do* & *minus*, *manus*, *munus*, *minas*, *manas*, i. e. menses, &c. Hinc Dei benignitatem, liberalitatem, longanimitatem, &c. erga mortales prædicabat.

Quarta Divisio.

Nomen est Regulare vel Irregulare: hoc a communi aliqua regula recedit, illud e contra, ut in vocibus *Sermo* & *Caro* videre est, tum quoad genus, tum Genitivi formationem.

De Pronomine.

Pronomen est pars orationis per genera, numeros, & casus flexa Nominis fungens vice: ut *Ego feci*: *Ego* i. e. *Jacobus*, *Joannes*, vel quilibet alius. *Ille fecit*: *Hic dixit*: digito quasi indicares hunc vel illum hominem. Num vero hæc vocentur Nomina Irregularia, an Pronomina, parum interest.

Alia sunt simplicia: *Ego*, *tu*, *sui*, *ille*, *ipse*, *iste*, *hic*, *is*, *qui* & *qui*.

Alia derivativa, *Meus*, *tuus*, *suus*, *noster*, *vester*, *nostras*, *vestras*, *cujus*, *a*, *um*, & *cujas* a suis Primitivis deducta; suntque omnia Adjectiva, tam Primitiva, quam Derivativa. *Cujum pecus*, Virg. sic, *Cuja penna*, &c.

De Pronominum compositione.

Componuntur inter se: ut, *Quisquis*, *Isthic* vel *Istic*, &c. Cunt

Verbis, *Quilibet*: cum Adverbiis, *Numquis*: cum Præpositionibus, *Mecum*: Conjunctionibus, *Quisque*: Adjectione syllabica, ut loquuntur, *Egomet*, *Tute*, *Hiccine*, *Hoscе*, *Hisce*, &c.

Annotatiuncula.

Quis nunc præponitur, *Quisnam*: nunc postponitur, *Ecquis*.

Si præponatur. neutrum plurale habet *a*, non *a*: *Quidam*, *quædam*, *quædam*: si postponatur, *a*, non *æ*: *Aliqui*, *aliquæ*, *aliqua*, Nom. plur.

Notandum præterea post has particulas Ec. *Ne*, *Num*, *Si*, *Alius* sequi *Quis* & *Qua*, non *Qui*, & *Quæ* in Nom. sing. *Ecquis*, *Siquis*; *Ecqua*, *Siqua*, ut, *Siqua mulier*, non *Siquæ*: *Siquæ mulieres*, dicas.

It. *Quis* & *Qua* præponuntur *Quis*, *Nam*, *Quam*, *Que*, *Piam*, *Putas*; non *Qui* & *Qua*, ut, *Quisquis*, *Quisnam*, *Quænam* in Nom. sing. Abl. *Quanam* dicendum: & Nom. plur. *Quinam viri*: at nunquam *Quinam vir*.

Et contra *Qui* & *Quæ* præponuntur *Dam*, *Vis*, *Cunque*, *Libet*: *Quidam*, *quædam*: *quilibet*, &c. non *Quislibet*, *qualibet* in Nom. *Qualibet* Abl. dicendum.

Ad pleniorem hujus rei notitiam; memoriæ, si placet, Versus hoscе Badranos mandes.

Ec, *ne*, *alius*, *num*, *si*, deposcunt *quis* sibi subdi,
Et *qua* volunt, non *quæ*; quoties reperitur utrumque.
Post *quis*, *nam*, *quæ*, *piam*; non *qui* tu pone *putas quam*.
Dam, *vis*, *cunque*, *libet*, non *quis*; sed *qui* sibi subdet.
Nec *qua* volunt; sed *quæ*, quoties reperitur utrumque.

De Patronymico.

Patronymicum (quasi patris nomen) est dictio vulgo a nomine patris derivata; ut, *Priamides*, i. e. filius Priami, sc. Hector, Paris, vel quilibet alius ex ejus filiis.

Nec raro, sed abusive, ab aliis nominibus derivari cernes: sc. ab avo, proavo, matre, fratre, filio, marito, Rege, Deo, regione, urbe, &c. V. G. *Abramides* a nomine patris est *Isaacus*; ab avi, *Jacobus*; a proavi, *Josephus*, aut quivis alius ex filiis, & sic deinceps per multa forte sæcula: sic *Pyrrhus* Epiratorum Rex dicitur *Æacides*; quia ab illo recta linea (ut loquuntur) descendisse dicitur. Sequens tabula diligenter observetur.

Pa-

A Nomine

Patris; *Æacides*, Peleus, Æaci filius.
Avi; *Æacides*, Achilles Æaci nepos.
Proavi; *Æacides*, Pyrrhus Æaci pronepos.
Matris; *Philliyrides*, Chiron Phillyræ filius.
Fratris; *Phaethontias*, Lamperia Phaethontis soror.
Filii; *Meleagrus*, Althea Meleagri mater.
Mariti; *Menelais*, Helena, Menelai uxor.
Regis; *Romulidæ, arum*; Romani a Rege Romulo.
Dei; *Phœbas*, Phœbi sacerdos.
Regionis; *Thessalis*, mulier ex Thessalia.
Urbis; *Troas*, mulier Trojana.

Patronymicorum quatuor sunt terminationes: *des* masculini: *as, is, e*, fœminini generis.

As & *is* tertiæ, *des* & *e* primæ declinationis: *as adis*, vel potius more Græco, *ados*: *is, idis* vel *idos*: *Pelias peliados*: *Æneis Æneidos*, &c. *Priamides priamidæ*: *Nerina nerines*, secundum regulas supra traditas.

De formandi modo nulla certa Regula tradi potest. Vulgo a Genitivo: sed plerunque cum additione, ablatione, aut mutatione literarum, ut ex sequentibus exemplis pro Regulis positis patet.

Des (quod omnium est usitatissimum) *Priamus Priami*, hinc *Priamides*, penult. brevi: sic *Jacobus, bi, Jacobides*, filius Jacobi, quocunque vis nomine: *Hector Hectoris Hectorides*: *Peleus peleos* vel *peles* (ut superius dictum) *Pelides*, penult. longa. *Andreas Andreæ*, *Andreades*, penult. brevi. *Patricius Patricii, Patriciades*. *Thomas Thomides*, &c. Vulgaria apud nos cognomina.

E, Nereus Nerine: filia forte, uxor vel soror Nerei, *Adrastus Adrastine*, &c.

As, Pelias, hinc *Pelias*: *OEta æta*, hinc *OEtias*, &c.

Is, Priamus, hinc *Priamis*, *Æneas Æneis* &c. Notandum *Jacobis* a Nomine mariti esse *Jacobi uxorem*: patris, *filiam*: fratris *sororem*: & sic de cæteris.

Est & quinta terminatio, sed rarior, sc. *on*, masculini generis, ut *Japetion* ab *Japeto*: *OEdipodion* ab *œdipode*.

LIBER QUINTUS.

De Verborum Thematis.

Præfatiuncula.

A Themate reliqua formanda: Thema eſt prima perſona præſentis, & prima perfecti Indicativi modi, & ſupinum: viz. *Amo, amavi, amatum.* Nunc reſtat, ut ſcias, quid a quo formetur: exemplo igitur ſit, *Tero, trivi, tritum,* Verbum tertiæ conjugationis, quo i hunc in modum colligas: a ſupino *Tritum* venit ſolum Participium *Triturus*: a *Trivi* formes *trivi-ſti, trivit, trivimus, triviſtis, triverunt* vel *trivere.* Et pluſq. *Triveram, ras, rat, ramus, ratis, rant.* In Subjunct. *Trive-rim, ris, rit, rimus, ritis, rint.* Trivero, *ris, rit, rimus, ri-tis, rint* Trivaſſem, *ſes, ſet, ſemus, ſetis, ſent.* In Infiniti-vo *Trivaſſe.* Omnia reliqua, a *Tero* deducas. Quoad formandi modum facile id proprio marte efficies: modo Conjugationes ad unguem calleas.

Scias præterea, quoad perfecti & ſupini Thema, unicam tantum eſſe Conjugationem, ſeu omnia quæcunque Verba, ſine ulla exceptione, eodem prorſus modo ab his Thematis formari: ut *Amavi amaveram, amaverim,* &c. pariter, *Dedi dederam: dixi dixeram: fui fueram,* &c. *Amatum amaturus: dictum dicturus* &c. Excipias hic, ſi vis, hæc duo, *Naſcor natum,* at *Naſcitu-rus* pro *naturus*; *Orior ortum, oriturus,* non *orturus.*

Regulæ aliquot generales.

Compoſitum, ſimplexque modo flectuntur eodem:

1 Excipias quædam poſt clare notificanda.

Compoſitum & ſimplex Verbum eodem modo conjugantur ut, *Vinco, vici, victum: devinco, devici, devictum,* &c. Idem dicendum de Verbis, licet Vocalis mutetur: *Spargo, ſparſi, ſpar-ſum: conſpergo, conſperſi, conſperſum,* &c. 1 Multa excipiun-tur, ut *Sto, ſteti, ſtatum: adſto, adſtiti, adſtitum,* &c. de qui-bus in propriis locis.

a quoties mutatur in *i*; per *e* pone ſupina:

Tolle 1 *habeo,* 2 *do,* 3 *go*: 4 *ſapio, ſalio, ſtatuoque.*

Si Compositum mutat *a* Simplicis in *i*, supinum ponas per *e*: *Facio factum*: *efficio effectum*: *jacio jactum*: *injicio injectum*, &c. 1 *habeo habitum*: *inhibeo inhibitum*: *prohibeo prohibitum*, &c. 2 *Cado casum*: *occido* (penult brevi) *occasum*. 3 *Ago actum*: *redigo redactum*: *frango fractum*: *effringo effractum*. 4 *Sapio sapitum* (sed nescio, an unquam legatur) *desipio desipitum*: *salio saltum*: *insilio insultum*: *statuo statutum*: *instituo institutum*, &c.

Cum geminat Simplex, Composto tolle priorem.
Hanc retinent proles ex 1 *do*, 2 *sto*; junge *repungo*
Et 4 *posco*: 5 *disco*: de 6 *curro* Regula tradi
Nulla potest: ideo doctorum scripta revolve.
7 Principium ullius nunquam duplicabo supini.

Cum simplex Verbum geminat perfectum: primam syllabam Compositi auferas: ut, *Tendo tetendi*, *attendo attendi*: *mordeo momordi*, *remordeo remordi*: *pello pepuli*, *appello appuli*, &c. 1 *Do dedi*, sic *addo addidi*: *reddo reddidi*, &c. 2 *Sto steti*, *asto astiti*, *præsto præstiti*, &c. 3 *pungo pupugi*: sic *repungo*, *repupugi*. Reliqua Composita raro, vel nunquam geminant: *Compungo compugi*, vel *compunxi*. 4 *Posco popposci*, *reposco repoposci*. 5. *Disco didici*, *dedisco dedidici*. 6 De Compositis a *Curro* certa regula tradi nequit: *accurro*, *decurro*, *excurro*, *præcurro*, *procurro* vulgo geminant, *accucurri*; & non raro *accurri*, &c. reliqua rarius, *concucurri*, &c. 7 Nullum supinum geminatur: *curro cucurri*, *cursum*: nunquam *cucursum*, &c.

Præteritis quæcunque carent, spoliabo supinis.

Si desit perfectum, deest & supinum: ut, *Glisco* caret præterito, ut postea patebit, ergo & supino.

Prima Conjugatio.

Ávi præterito dabit, *atum* prima supino.
1 *Do dedit*, atque *datum* vult: *Sto steti* indeq; 2 *statum*.
Ex *Sto* 3 compositum *stitit*; atque *stitum* dat & *atum*.
Et *Lavo* vult *lavi*, *lotum*, *lautum*, atque *lavatum*.
4 *Poto* magis *potum*. *Juvo juvi*, vix bene 5 *jutum*.
Dant *ui itumq*; 6 *cubo*, *veto*, cum *sono*, junge *crepara*,
Et *domat*, atque *tonat*: melius sequitur 7 *pleo* normam.

At

At [8] proles, quæ fit compoſita ex Præpoſitura,
Nunc *ui itumq;* dabit, nunc format & *avit* & *atum.*
Avi, atum, ſolum dat *ſupplico, replico*: ſicut
Omnia, quæ parit [9] orta *Plico* cum Nomine junctum.
Nulla ſupina creat *Mico*, dans *micui*: dato *Nexo*
Nexuit & *nexum*: [10] ternæ quoque ſæpe videbis.
Et *ſeco* vult *ſecui ſectum*: [11] *frico* jungitur illi,
Et [12] *neco*; quod melius per normam flectito primam.
[13] E reliquis non pauca leges pariter variata.

Prima Conjugatio format *avi atum*: *Amo, amavi, amatum,* &c. 1 *Do, dedi, datum*: ſic compoſita, quæ ſunt hujus conjugationis: *Circundo, peſſundo, ſatisdo, venundo*: *circundedi, circundatum,* &c. Reliqua tertiæ: *addo, addidi, additum,* &c. De quibus ſuo loco. 2 *Sto* in ſupino *ſtatum* penult. longa, ut volunt: at *ſta* in *ſtatio ſtationis*, & in *ſtatus us ui* brevis. 3 *Aſto aſtiti aſtitum*, & non raro *aſtatum*: *Conſto conſtiti conſtitum*, vel *conſtatum*, &c. *Conſtatura fides*, Luc. *Quoſdam obſtaturos*, Quint. *Facile id præſtaturum*, Cic. 4 *Poto potavi potum*: & aliquando *potatum*. 5 *Jutum* ſimplex rarius legitur, at *Adjutum* ſæpius, ſaltem *Adjuturus*. 6 *Cubo, veto, ſono, crepo, domo, tono, ui itum*: *cubui cubitum* &c. 7 *Plico, plicavi plicatum*, & etiam *plicui plicitum*: ſed ſimplex Verbum rarius legas. 8 Compoſita a *Plico* cum Præpoſitionibus habent vel *ui itum*, vel *avi atum*: *Explico explicui explicitum*: vel *explicavi explicatum*, &c. At *ſupplico* & *replico* ſolum *avi atum*. 9 Sic illa, quæ componuntur cum Nomine: ut *Multiplico, triplico*, &c. *multiplicavi, multiplicatum*: non *multiplicui, multiplicitum*, &c. 10. *Nexo nexas*, & non raro *nexis* per tertiam. 11. *Frico fricui frictum*. 12. *Neco necui nectum*; ſed ſæpius *necavi necatum*. 13 *Domo domavi domatum*: *ſono ſonavi ſonatum*, &c. interdum legas.

Secunda Conjugatio.

Præteritum per *ui* flecti per *itum*que ſupinum
Rite ſecunda cupit: *moneo monui monitum*que.
Dat *doceo docui*; *teneo tentum*; potiuſque
Miſceo vult *miſtum*, quam *mixtum*: *torreo toſtum*

Cen-

Censeo dic *censum*: *pateo* 1 *passumque* reflectas.
2 Communem normam semper perfecta tenebunt.

Secunda Conjugatio habet *ui itum*: *debeo debui debitum*, &c.

1 *Passum* a *pando* quidam formant. 2 Hæc verba generalem servant regulam in Perfectis, *Teneo tenui*, &c.

Verba in *Beo*, *Ceo*, *Deo*.

Vult *jubeo*, *jussi*, *jussum*: dat *mulceo mulsi*,
Et *mulsum*: *luxi* vult *luceo*; tolle supinum.
Ardeo dic *arsi*; sed rarius inde fit 1 *arsum*.
Mordeo præteritum geminans formato *momordi*;
Sic 2 *pendet*, *spondet*, *tondet*: tamen ista supinis
Non geminans *morsum*, *pensum*, *sponsum*, dato *tonsum*.
Prandeo dic *prandi pransum*: vult *rideo risi*,
Et *risum*: *sedeo sedi sessumque* tenebit.
Suadeo formabit *suasi*, *suasum*: *videoque*
Dat *di*, *sum*: *stridi stridco*, nullumque supinum.

1 Licet *arsum* non legatur, *arsurus* tamen reperies: quod in aliis Verbis notandum. 2 *Pendeo pependi*, *spondeo*, *spopondi*, *tondeo totondi*.

Geo.

Quatuor hæc *urget*, *fulget*, cum *turget*, & *alget*,
Dant *si* præteritis, nullo comitante supino.
Lugeo dat *luxi luctum*: sic 1 *augeo* formes:
Mulgeo vult *mulsi mulctumque*: *indulgeo* poscit
Indulsi indultum, quoties variare juvabit.

Urgeo, *fulgeo*, *turgeo*, *algeo*: *ursi*, &c. sine supino. 1 *Augeo*, *auxi*, *auctum*.

Leo, *Meo*, *Neo*, *Queo*, *Reo*.

Deleo, *delevi*, *deletum* dic: *fleo*, *flevi*,
Et *fletum* pariterque *pleo* formabitur illi.
Polleo nil format: de 1 *oleo* disquirito glossam.
Formabit *timeo*, *timui*, nullumque supinum.

Dat 2 *Maneo, mansi, mansum*: *neo, nevit & etum.*
Torqueo vult *torsi*, 3 *tortum*: sed nil *liqueo* dat.
Hareo si flectas, formato per *haesit* & *haesum*.
Dic *careo carui carsitum*: cave dicere 4 *cassum*.

1 *Oleo olui olitum*: & *olevi oletum* quidam formant: Composita saepius *evi etum*: *aboleo abolevi abolitum*: *adoleo adolevi adultum*. 2 Sic Composita *permaneo permansi permansum*, &c. *Emineo* & *immineo*: *eminui, imminui*, sine supino, non componuntur a *maneo*, ut vulgo docetur, sed *Mineo*, de quo fusius alibi. 3 Interdum *torsum* legi volunt. 4 *Careo* nunquam format *cassum*, ut habet Despauterius: *Nunc cassum lumine lugent*, Virg. *Cassum* hic supinum non est, sed Nomen Adjectivum, ut *fessus*. 1*mo*. quia Constructio hic non patitur, supinum enim semper regitur a Verbo vel participio motus, & neutrum hic est. 2*do*. Nunquam variatur, at hic dicas, *Cassam lumine lugent*, & *cassos*, &c. i. e. mortuam, mortuos deflent. *Cassis luce*, Buch. i. e. luce orbis vel orbatis.

Veo & seo.

Dic *moveo movi motum*: 1 conformia junge.
At *caveo cautum*, *faveo fautum*. In *veo* neutra
Nulla supina dabunt; quod nobis *ferveo* monstrat.
2 *Connivet vi*, *xique* dabit nullumque supinum.
Vult 3 *cieo civi* atque *citum*: *vieo evit* & *etum*.

1 *Foveo fovi fotum*, &c. 2 *conniveo connivi* vel *connixi*: sed neutrum multum in usu. 3 *cieo civi* a *cio* quartæ formant.

Annotatiuncula.

Quæ per *ui* flectas hic, neutra carento supinis;
Ut, *madeo*, *sileo*, *stupeo*, 1 *studeo*, 2 *mineoque*.
Excipias *caleo*, *doleo*, 3 *taceo*, 4 *valeoque*,
Et *liceo*, 5 *noceo*, 6 *careo*, *mereo*, *placeoque*,
Et *jaceo*, *lateo*; poterit quois *pareo* jungi.

Neutra Verba in secunda conjugatione formantia *ui* in præterito carent supino. 1 Num *studeo* sit Neutrum, an Activum, lectoris esto judicium. 2 *Mineo* simplex raro legitur: *Inclinata minent in eandem prodita partem*, Lucret. Hinc *emineo*, *immineo*,

de quibus ſuperius. 3. *taceo tacitum*, at compoſita ſupinum non habent; *conticeo*, &c. 4. *Valeo. valitum* non format, at *valiturus* ſæpius legas. Idem in aliis verbis notandum. 5. *Noceo* æque Activum eſt, ac *lædo*, licet accuſativum non regat. 6. De *careo* jam dictum in verbis in *reo*.

Tertia Conjugatio.

Hæc conjugatio generalem regulam non admittit; ſed plurimas particulares, ſecundum varias Verborum terminationes.

Verba in *io*.

Xi ctum formabant olim *ſpecio*, *lacioque*,
Horum compoſitis *exi* donabis & *ctum*.
Aſpicio aſpexi aſpectum velut: *allicioque*
Allexi allectum: *elicio elicui* dat, *itumque*.
Dic *facio feci*, *factum*: *Jeci jacio vult*,
Et *jactum*: *fodio fodi foſſum*: *fugioque*
Vult *fugi*, *fugitum*. *Sapio ſapui* dat, & *ivi*
Sed raro: 1 *Sapitum* nunquam legiſſe recordor.
Ivi itum cupio: *capio cepi* dato *captum*,
Vult *rapio rapui raptum*: *pario peperique*,
Et *partum*, *paritumque* dabit: *quatio* volo *quaſſi*,
Et *quaſſum*: 2 proles *cuſſi cuſſumque* tenebit.

Specio et *lacio* prorſus exoleverunt; ſed eorum proles, ſeu compoſita in frequente ſunt uſu; *Conſpicio*, *proſpicio*, &c. 1 *Sapitum*, quoad ſciam, legit nemo: apud *Andream Duncanum* Grammaticum noſtratem in epiſtola ad lectorem reperies *Sapitura*. 2. *Concutio concuſſi*, *concuſſum*, &c.

Uo.

Vult *uo* ſemper *ui*, dans *utum*: Sed 1 *pluo pluvi*,
Atque *plui*, raro quod perſonale videbis.
Vultque *ruo ruitum*, dat *utum* 2 proles tibi ſolum.
Reſpuo cum *metuo*, ſimul a *gruo*, vel *nuo* ducta,
Nulla *ſupina* dabunt; ut *congruo* & *ingruo* monſtrant,
Annuo cum ſociis, format ſimplex *nuo nutum*.

A *lu* flecte lui; 2 *luitum* vix *dicito*: *Struxi*
Et *Structum Struo* dat; *fluo fluxi*, flectito *fluxum*.
Vix *cluo* præterito, nunquam formato supino.

Acuo acui acutum, &c. 1 *Pluo plui*; raro *pluvi* sed vulgo est *impersonale*, seu in tertia tantum persona legitur, *Pluit*, *pluebat*, &c. *Diruo dirutum*, &c. 3 *luiturus*, apud Plin.

Bo.

Bo bi tumque facit: *scabo*, *lambo* carento supinis.
1. Orta *cubo cubui* flectas, *cubitumque* supinis.
Dant sti *ptum nubo*, *scribo*; quibus addito 2 *Sorbo*.

Bo bibi bibitum, &c. 2 Composita a *cubo*, quæ literam *u* assumunt, sunt tertiæ; quæ non assumunt primæ conjugationis *accumbo accumbis*; *accubo accubas*, &c. Utrumque *accubui accubitum*, &c. 2 *sorbo sorpsi sorptum* tertiæ; Sæpius *sorbeo sorbui sorbitum* Secundæ.

Co & Sco.

1 *Ico*, *ci*, *ctum* vult: *vinco vici* dato *victum*
Vult *dico dixi dictum*; Sic 2 *duco*; *Peperci*
Et *parsum parco*; vel *parsi parcitum* habeto.
In *vi*, *tum* muta 3 *sco*; *pasco* dat tibi *pastum*.
Agnosco cognosco, leges per 4 *itum* variata.
Præteritum a *quisco* nullum, cui junge *fatisco*,
5 Inceptiva etiam, nisi sint a simplice ducta.
Posco popoſcit habet, *didici* quoque *disco* tenebit,
Compesco formabit *ui*, et *dispesco*: Supinis
6 Hæc per *itum* flectas: quamvis sit rarior usus.
Conquinisco dabit *conquexi*, ast absque supino.

1 *Ico*, *ici*, *ictum*. 2 *duco*, *duxi*, *ductum*. 3 *exesco*, *exesi*, *exesum*. 4 *Agnosco agnitum*. 5 Inceptiva de quibus suo loco, non habent præteritum, ut, *tremisco*, *convalesco*, &c. A primitivis formas. *tremo tremui*, *convaleo convalui*. 6 Quatuor verba. *posco*, *disco*, *compesco*, *dispesco* raro formant supinum, *poscitum*, *discitum*. &c.

Do.

Do verte in *di*, *sum*, sic *scando* flectito *scandi*,
Et *scansum*: pariter simplex 1 *edo* flectitur illi.
2 *Pando* etiam *passum*: *fundo fudi* dato *fusum*.
Scindo Scidi scissum vult: *findo fidi* dato *fissum*.
A *cado* fit *cecidi casum*, conforme supinum
3 *Occido* dat, *recidoque*, carent sed cætera 4 nata,
Cedo monophthongum *cessi cessumque* tenebit:
At cum dipthongo formabit *cædo* 5 *cecidi*,
Et *cæsum*, 6 soboles *cidi cisumque*: *pependi*
Et *pensum pendo* dat, 7 *pedo pepedit*, *itumque*,
Tendo tetendit habet, *tensum tentumque* frequenter,
Tundo facit *tutudi tunsum*. 8 Compostaque *tusum*,
9 *Sido* præteritum nescit; sed nata cooptant
A *sedeo sedi*: testes: 10 *consido*, *resido*.
Si, *Sum*, donabunt *ludo*, cum *divido*, *rado*,
Sic *claudo*, *plaudo*, *rodo*, cum *trudere*, *lædo*:
11 *Vado* etiam *Si*, *Sum*, sed parcius; atbene nata.
Quod 12 *do* componit, Si ternæ jura reservat,
Et *didit* atque *ditum* faciet, velut *abdo recondo*,
Dic tamen 13 *abscondi*, quamvis *abscondidit* edit
Interdum, Per *itum*, vix *sum* formato supinum.
Hinc vero, an 14 *Credo* ducat primordia, lector
Viderit æquanimus, nobis sub judice lis sit.

1 *Edo* verbum simplex *edi esum*, & aliquando *estum*, saltem in Compositis, *Comedo comestum*: *Edo* compositum ab *e* vel *ex* & *do*, *edidi editum*, ut statim patebit. 2 *Pando pandi pansum* vel *passum* 3 *Occido* (penult. brevi) *occidi occasum*; *recido recidi recasum*. 4 Reliqua composita a *Cado* supinum non habent, ut, *incido accido*, &c. 5 *cecidi* (penult. longa) *Occido* (penult longa) *occidi occisum*, &c. 7 *Pedo Pepedi* (penult longa) *peditum* 8 *contundo contusum*. 9 *sido sidi* aliquando format, *Patiemu quo picem considere*. &, *cum siderit*, Colum. 10 Compositum vulgo mu-

mutuatur perfectum a *ſedeo*, *conſido conſedi conſeſſum*, &c. Hinc illud ovidii 13 Met. *Conſedere duces*, &c. vel eſt a *conſido* tertiæ, vel *conſideo* Secundæ conjugationis. 11 *Vado*, *vaſi*, *vaſum*, raro, *invado*. *pervado*, *invaſi*. *pervaſi*, *invaſum* &c, Sæpius legas. 12 Compoſita a verbo *Do*, quæ tertiæ ſunt conjugationis, formant *didi*, *ditum*, *addo addidi*, *additum*, &c. Illa quatuor, ut jam dictum, primæ conjugantur, ut ſimplex *Do*, *circundo*, *peſſundo*, *ſatisdo*. *venundo*, *circundedi*, &c, 13 *Abſcondo*, *abſcondi*, *abſconditum*. & aliquando *abſcondidi*, *abſconſum*. 14 *Credo credidi creditum*; num vero componatur ex *do*, lectoris eſto judicium. Quidam a *Certum*, alii a *Cretum*. nonnulli a *Cor* et *Do* componi volunt.

Go vel *Guo*.

1 *Go* vel *guo xi ctumque* dabit, tamen iſta ſupinis,
N tollunt 2 *pingo*, *ſtringo*. cum *fingere*, 3 *ringo*.
Per *xi*, *xum*, non *ctum*, 4 *figo*, *frigoque* locabis.
Egit ago, cum 5 prole ſua formabit & *actum*
Sed 6 *dego*. *ſatago* non admiſere ſupinum.
7 *Ambigo* nil format. *ſurrexi* flectito *ſurgo*,
Surrectum, 8 *Pergo* pariter formabitur illi.
In *ſum* *ſpargo*, *mergo*, *tergoque* locabis
Xi clango, *ningo* dat et *ango*, ſed abſque ſupinis
Tango facit *tetigitactum*, *frango* dato *fregi*,
Et *fractum*; *pango pegi*, *panxi*, *pepegique*,
Et *pactum*: *pepegi* nonnulli de *pago* formant.
Flecte *lego legi*, *lectum* conformia 9 nata.
10 *Diligo* dat *xi*. *ctum*: cui *intelligo*, *negligo*, jungas.
Dat *pungo pupugi punctum*; videas quoque *punxi*,
Nil *vergo* format: *minxi*, *mictumque* requirit.
Meio: ſed *mingo* veteres dixere latini.

Verbum in *go* vel *guo* mutat *go* & *guo* in *xi* & *ctum*; *cingo cinxi cinctum*, *diſtinguo diſtinxi diſtinctum*, &c. 1 *Guo* hic pronunciandum per unicam ſyllabam; alioquin per *ui*, *utum*, ut *arguo arguui*, *argutum*, &c. de quo prius dum de verbis in *uo*. 2 *Pingo pictum*, &c. 3 *Ringo* rarius legas, pro quo *ringor* dicas, ſed hoc

pra-

præteritum non format, ſc. *rictus ſum*, ut alibi patebit. 4. *figo fixi, fixum*, & ut quidam volunt, aliquando *fictum*. 5 *Perago peregi, peractum*; *redigo, redegi, redactum*, &c. 6 *dego degi* ſine ſupino. 7 *Ambigo* nec præteritum, nec ſupinum habet: apud *Spinoſam* tamen tractatu Theologico-politico pag. 128 legas *ambegerit*, ab *ambegi*; *Hæc et ſimilia, inquam, Scriptura ubique tam clare, tamque expreſſe docet, ut nullus unquam fuerit, qui de ejus ſenſu circa hæc ambegerit*. 8 *pergo perrexi perrectum*. 9. *Colligo collegi collectum*, 10 *diligo dilexi dilectum*, *intelligo intellexi intellectum*; *negligo neglexi neglectum*.

Mo.

Flecte *traho traxi tractum*: *vexi veho vectum*.

Lo.

Lo dat præteritum per *ui*: *colo* flectito *cultum*.
Conſulo conſultum: queis jungas *occulo*: 1 *cello*
Vult *celſum*; *molitumque molo*: Sed *alo* geminabit,
Altum dans, *alitumque*; prius tibi ſyncopa format.
Nulla ſupina *volo*, *malo*, quibus addito *nolo*.
Vello dabit *velli*, vel *vulſi*, *vulſumque*: *fefelli*,
Fallo petit *falſum*: *tollo* dat *ſuſtulit*, atque
Sublatum: *pepuli* cum *pulſum pello* repoſcit.
Salio facit *ſalli ſalſum*: Sed flectito *pſallo*
Præterito *pſalli*, nullo comitante ſupino.

Verbum in *lo* format præteritum in *ui*: *colo colui*, &c. De ſupino nulla poteſt dari regula: ſigillatim ſunt omnia formanda, *colo cultum*, &c. 1 *Cello* ſimplex in uſu non eſt, ſed *excello*, *excellui*, *excelſum*: ſunt tamen, qui volunt *excellus* formari ab *excelleo* ſecundæ, & *excelſum* eſſe nomen, non Participium. dicunt etiam *cello ceculi*, hinc *percello perculi*.

Mo.

Mo per *ui* dat, *itum*. *Tremo* ponitur abſque ſupino.
Emi emptum dat *emo*: *preſſi preſſum premo* format.
In *ſi*, *tum o* mutat *como*; cui jungito *promo*,
Et *ſumo*, *demo*: ſic 1 *promſi* flectito *promptum*.

Fremo fremui fremitum, &c. 1 *promsi* vel *prompsi*, *promtum* vel *promptum*, Scribas, &c.

No.

Flecte *cano cecini cantum*: 1 compoſtaque *centum*,
Et *cinui*: *temno temsi* 2 *temtumque* ſupino.
Saltem compoſito: *gigno genui genitumque*,
A *Geno* vult; *pono poſui poſitumque* requirit.
Flecto *lino*, *livi*, *litum*; jungunt quoque 3 *levi*,
Atque *litum*: *ſperno ſprevi ſpretum*; dato *ſterno*
Stravi cum *ſtratum*; *cerno* vix dicito *crevi*,
Et *cretum*; 4 ſoboles recte formabit utrumque.
Flecto *ſino ſivi*, atque *ſitum* formato ſupinum.

1 *Præcino præcinui præcentum*, &c. hinc *Præcentor*. non ut vulgo pronunciatur, *Præſentor*. qui præ reliquis in ſacra æde cantat, apud Sal. *Cornicines occanuerunt*, pro *occinuerunt*. 2 *Temtum*, Seu *temptum* in ſimplice raro legitur; *contemptum* videas; hinc Buch. *Gens contemptrix poli*; i, e, profana, ſeu ſceleſta. 3 *Levi* a *leo*, verbo inuſitato, derivari videtur. 4 *Diſcerno diſcrevi*, *diſcretum*.

Po et Quo Po. et *Quo*. *Po et Quo*

Popſi ptumque facit; *rupi*, *ruptum* dabo *rumpo*.
Dat *Strepo* præterito *ſtrepui ſtrepitumque* ſupino.
Flecte *coquo coxi*, *coctum*, *linquo* dato *liqui*,
Lictum compoſitis, adſit pro teſte 1 *relictum*.

Carpo carpſi carptum, *decerpo decerpſi decerptum*. 1 *linquo* ſimplex *lictum* non formant, at *relinquo relictum*, *relicturus*.

Ro *Ro.* *Ro*

Quæro quæſivi quæſitum dat, 1 *tero trivi*,
Et *tritum*, vult *uro uſſi* ac *uſtum*, dato *verro*
Verri cum *verſum*. *curſum* dat *curro cucurri*.
Flecte *Gero Geſſi Geſtum*, *fero* dicito *latum*,
Atque *tuli*, 2 *furuique furo*, licet abſque ſupino.
Dat *ſevi ſero* deinde *ſatum* 3 nata *evis itumque*,

Se-

Semino cum ſignent, aut planto; *erui* ſed & *ertum*.
Formabis, quoties eadem diverſa notabunt.

Finita in *Ro* generalem regulam non admittunt. *Ro, vi, tumque dabit*; ait Deſpauterius: quis hinc formaret *Quaro Quæſivi Quæſitum*; *Tero trivi tritum*? *Quærivi, tervi* potius dicerem. 1 *Tero* interdum *terui* teritum; *Priusquam teruerunt*, Plau. *Arteritis opibus*, Tacit. 2 *Furui* vix in uſu eſt. *Furuerunt juſſa tyranni*, Sedul. 3. Compoſita ex *Sero* mutant præteritum, ſi diverſam habeant ſignificationem *aſſero*, i, e, prope ſero, aut planto, *aſſevi, aſſitum*: *aſſero*, i, e, affirmo, *aſſerui, aſſertum*, &c.

So So. *So*

So format *sivi situm*; pro teſte *lateſſo*.
1 *Inceſſo inceſſi*: *Viſo visi* dato, *viſum*.
2 *Depſuit* a *depſo* formabis, *itumque* ſupino,
Pinſui & *pinſi, piſtum, pinſum* dato *pinſo*.
Jam nihil a 3 *Quæſo* præterquam *quæſumus* exſtat.

1 *Inceſſo inceſſi* pro *inceſſii* & hoc pro *inceſivi*, ut *it* pro *iit* & hoc pro *ivit*. Sic *lacesſo lacesſi* pro *lacesſii*, et hoc pro *lacesſivi*. *Accerſo accerſivi accerſitum accerſere* tertiæ; & *accerſio accerſire* quartæ 2 *Depſo* tantum non exolevit. 3 *Quæſo* omnia amiſit, præter *quæſumus* aut *quæſimus*.

Ve To. *So*

Pecto xui xi, xumque dabit: Sic flectito *necto*:
Dant ſolum *xi, xum flecto, plecto*: *meto* poſcit
Meſſui, & hinc *meſſum*: *mitto miſi* quoque *miſſum*.
Dic *verto verti verſum*. *peto* flecte *petivi*,
Atque *itum*, *Sterto* dat *ſtertuit* abſque ſupino.
Neutrum 1 *ſiſto* nihil dabit, activum *ſtitit* edit,
Deinde 2 *ſtatum* format, nobis eſt 3 *Gellius* author.

Nulla hic regula generalis: ſingula in *to* enumeranda 1 *Siſto* i, e, *Sto* nec præteritum nec ſupinum format: a *ſto* mutuo habeas, ut *ſiſto ſiſtebam ſteti ſteteram*, &c. *Siſto*, activum, i. e. *ſtare facio*; ut *ſiſto me coram judice*, habet *ſtiti ſtatum*, ut Petrus *huc ſeſtitit*. 2 *ſtatum* raro legitur a *ſiſto, ſtati dies, ſtata ſacrificia*, i. e. conſtituti & ordinati apud juridicos reperias. 3 *Gellius* Grammaticus celebris non multis annis a morte Plutarchi. *Vi*,

Vo, et *Xo*.

Vivo facit *vixi victum*; *solvoque solutum*.
Solvi, sic *volvo*, *Calvo calvi* absque supino,
Texui a *texo* formes, cui jungito *textum*.
Nexo, *xui*, *xum*, sed primæ, vel flectito ternæ.
1 *Nexo as*, vel *is*, *nexabo*, vel *nexam*, &c.

Quinta conjugatio confusa. *Quarta Conjugatio.*

Ivi præterito dabit, *itum* quarta supino.
Vult 1 *amicui* per *ui*, per *xi* quoque format & *ictum*.
2 *Singultio* vult *Singultum*, *sepelire sepultum*,
3 *Veneo* dat *venum*, *venio veni* dato, *ventum*.
Vincio dat *vinxi vinctum*, cui *sancio* jungas.
Haurio vult *hausi haustum*, ac *hausum*, *sepio sepsi*,
Et *Septum*, 4 *Salio Salui Saltum* dato, proli
Sultum, sed *Salio*, si *condio* significârit,
Al ale deductum, formatur in *ivi*, & *itum*.
Sentio dat *sensi sensum*, vult *raucio rausi*,
Et *rausum*, raro, *fulsi* dato *fulcio fultum*.
Farcio dic *farsi fartum*, sic *sarcio sarsi*,
Et *sartum*: *campsi campsum* sibi *cambio* poscit.
A *pario* 5 proles, *aperit*, quod monstrat abunde,
Præteritis *erui* donant, *ertumque* supinis.
At 6 *reperit* per *ri* variari & *comperit* optat.
Præterito observes, 7 meditantia Verba carere,
8 *Parturio*, *esurio* cum *nupturio* tamen aufer.
Omnibus his jungas 9 *ferio ferui* atque *fertum*.

Quarta conjugatio format *ivi itum*, *audio audivi auditum*, &c. 1. *Amicio amicui* vel *amixi amictum*. 2 *Singultio singultivi singultum*, *sepelio sivi*, *sepultum*. 3. *Veneo venivi*, sed potius *veni*: utrumque raro: supinum *Venum* a multis nomen habetur. *Posita veneo irritamenta gulæ*, Plin. 4 *salio* i. e. condio, seu sale aspergo, *salivi salitum* tantum format, at *salio*, i. e. saltus facio, sicut rana, *salui Saltum*, vel *fulvi fultum*. *Insilio insilui insultum*.

Aperi

aperio, aperui, apertum, 6 *comperio comperi, reperio reperi,* 7 Meditativa verba, de quibus postea, carent præteritis et supinis; ut, *Scripturio, canaturio.* &c. 8 *Parturio, esurio, nupturio,* regulariter formantur per *ivi itum.* 9 Vulgo docetur *feri* nullum habere præteritum, multo minus supinum: Leges tamen *ferii feritum:* Petrar.

Pax populis, ducibusque placet, fadusque feritum.

Annotatiuncula.

Haurio non raro; sic *sancio, cambio* jungas,
1 Pluraque per normam communem flexa videbis.

Haurio, hausivi hauritum, sancio sanxi sanctum, cambio cambivi cambitum, 1 *Amicio amicui amictum, sepio sepsivi sepitum,* &c.

Verba in *or.*

Ex *or* finitis activam fingito vocem.
Ut, *potior potio*: Formabitur inde supinum.

Nullum verbum in *or* proprium habet præteritum; sed supplendum est verbo *sum* et participio, ut, *amor, amatus sum* vel *fui: vincor, victus sum vel fui.* Atque participium hoc ex Regulis de supinis supra traditis est petendum, ut, *lavo, lotum, lautum, lavatum,* ergo *lavor* in præterito *lotus, lautus,* vel *lavatus sum* vel *fui.* Quodsi verbum in *or* activam vocem non habeat, fingenda est; ut *Potior, potio* quartæ, hinc per regulam generalem, *potivi potitum*; inde *potitus sum*; &c.

In prima Conjugatione nulla omnino datur exceptio a generali regula, ut *Conor,* fingatur *Cono, conavi conatum.* hinc *conatus sum* vel *fui,* &c.

Exceptiones in secunda Conjugatione.

Dic *fateor fassus*: *confessus confiteor,* vult.
Dat *reor* usque *ratus*: *miserere* flecte *misertus.*

Fateor regulariter esset *fatitus:* Sed parum refert, num scias, quomodo verba se habeant, modo certo tibi constet quo pacto se habeant, De multis ex sequentibus non datur regula generalis.

Exceptiones in tertia Conjugatione.

Vult *labor lapsus*: *nanciscor nactus* habebit:
Oblitusque obliviscor gradior dato *gressus.*
Et *questus,* 1 *queror*: atque *fruor fructus fruitusque*

Dic *patior paßus*; *perpessus perpetior* vult.
Et *nitor nisus nixusve* : *sequorque secutus*:
Utor in *usus* abit : formes *loquor* usque *locutus*.
2 *Expergisci experrectus* : *pactusque paciscor*.
Ulciscor formes *ultus*. *fessusque fatiscor*.
4 *Comminiscor* erit *commentus* : sic *adipiscor*.
Format *adeptus* : huic *proficiscor* junge *profectus*.
Aptus apiscor habet : *Nascor natus* dato, 5 *nasci-*
Turus ubique leges: *morior* Sic 6 *mortuus* apte.
In *moriturus* abit : ternæ est 7 *orior sed oriri*.
Infinitus habet, dans *ortus*, et hinc *oriturus*.

Secundum generales regulas in *Bo* et *Sco* dicendum *Labitus*, *nancitus* &c. Sed, ut in Reg. præcedente dictum, parum refert, scias, necnon quomodo ab istis regulis deflectant, modo præsentem formandi modum cognoscas. Præterea, ex his quædam (ut etiam dictum) generalem regulam non habent; ut, *Patior*, *Utor*. &c. 1 *Quæror*, cum dipthongo, *quæsitus* regulariter; sed cum vocali *questus*. 2 *Expergisci*, pro *expergiscor* Infinitivus pro indicativo metri gratia. 3 *Fatiscor* præteritum non habet: nam *fessus* nomen est, nec format *fessurus*. 4 Erratur hic in quantitate syllabæ *mi* in *Comminiscor*: sed consulto: nec evitare quis possit; ni dicat *Commisquenisco*r: sed sic, *Incidit in Scyllam*, &c, 5 *Nasciturus* dividitur metri gratia; nec aliter vitari possit erratum in carmine. 6 *Mortuus* nomen a multis habetur. 7 *Orior* in quibusdam personis vel tertiæ, vel quartæ Conjugationis; *Oritur* penult. longa vel brevis in infinitivo solum *oriri* quartæ: In participio *oriturus*, non *oriturus*, contra communem Regulam.

Exceptiones in quarta Conjugatione.

Metior agnoscit 1 *mensus*: Nunc *Ordior orsus*,
Et nunc *orditus* profert : *assentior autem*
Aßensus vult : *experiorque expertus* habebit.
Oppertor facit *oppertus* : Plautoque 2 *peritus*.

1 Reperies etiam *Metitus* apud Curt, 2 *peritus* pro *apperitus*

De verbis anomalis, seu irregularibus.

Liber Sextus.

VErbum anomalum, seu irregulare est, quod contra Regulam; aliquam generalem flectitur: de quibus passim libro superiore ut, *do, flo, ago, maneo, scribo*, &c. Hic restat pauca dicere de defectivis et abundantibus; licet de multis hujusmodi jam dictum sit, ut, *Lavo. lotum, lautum, lavatum*, &c.

Verba Defectiva,

Præterito careant. 1 *fio, fido, soleoque,*
Mereo conjugas; sic *audeo, gaudeo*, quæ sic
Sunt supplenda; *Fui factus, fisus, solitusque,*
Mæstus; sic *ausus*; *gavisus* jungitor illis.
His addas *medeor, liquor, vescor, reminiscor,*
Prævertor, ringor, divertor, diffiteorque.
Hæc aliunde petunt etiam, sic: 2 *Sum medicatus*;
Præverti, memini, diverti. 3 Cætera cuncta
Marte tuo poteris facili supplere labore.

1 *Facior* in usu non est, pro quo utimur *fio*: in præterito, *factus sum* vel *fui*, regulariter a supino *factum*. Sic *fido fisus sum, soleo solitus sum*, &c. Ut in regula describuntur. 2 *Medeor* mutuatur a verbo Synonymo, i, e, a verbo idem significante, sc. *Medicor, Medicatus sum*, sic *Reminiscor, memini* vel *recordatus sum*, &c. 3 *diffiteor*, i, e. nego, vel inficias eo: ergo, *Negavi*, vel *inficias ivi*, &c.

Hæc tria verba 1 *odi*, nec non 2 *novi*, 3 *memini*que
Præteritum signant et præsens præteritiva
Sub voce; ut, *novi*, quo significabitur apte.
Tum *Scio*, tum *scivi*; queis, 4 *capi* jungier aiunt
Attamen hoc præsens tempus non denotat unquam

1 *Odi*, i. e habeo vel habui odio, et præsens et præteritum deplorans tempus, ideoque vix defectivi meretur nomen. 2 *Novi* utrumque etiam tempus denotat; nam significat et *sco* et *scivi*. Interdum legas *Nosco*: *Nosce tespsum*, vulgare adagium. 3 Reperies ubique fere *Memento* et *mementote*, i. e. Esto tu memor,

et

et estote vos memores. 4 *Cæpi* caret quidem Præsentis Themate una cum reliquis, sed in hoc differt quod *Cæpi*, nunquam idem significet quod, *incipio*, sed solum quod *incepi*.

Impersonalia Defectis annumeranda.

Evenit et *præstat*, *restatque*, *vacatque*, *licetque*,
Sufficit, et *constat*; simul *expedit* et *liquet*, atque.
Stat, 1 *libet*, atque *placet*, cum *convenit*, *accidit* adde.
Pœnitet, atque *piget*, *tædet pudet*, *attinet*, illis
Junge *decet*. *miseret*, *juvat*, et *delectat*, *oportet*,
Pertinet et *spectat*. Poterunt his plura notari.

Verbum impersonale, in stricto sensu, est, quod per tertiam singularem tantum flectitur, nec in alia Persona unquam reperitur, ut *Oportet oportebat*, &c. Quædam per tertiam singularem, et tertiam pluralem tantum, *decet*, *decent*, &c. Sunt, qui impersonale sic definiant: *Est, quod per tertiam tantum singularem conjugatur; et nominativum ante se non admittit*; ut, *delectat me ludere*. Sed sine dubio *ludere* hic nominativi vicem supplet: et idem est cum hac Phrasi. *Lusus me delectat*. Præterea omnia fere hæc verba Personalia fiunt, si præponas Nominativum, ut, *Ne Jupiter quidem omnibus placet*. 1 *Libet*, vel *lubet* dicas.

Annot.

Nescio, an ullum sit verbum, quin aliquando Personale legatur. *Si non dedecus tua jussa*, Stat. *Adolescens, loquere, nisi pigebit*, Plaut. *Ita nunc pudeo, atque paveo*, Id. *Semper metuet, quæ sæva pudebunt*, Luc. Quid plura afferam, Ipsum. *Oportet* Personale reperies: *Primi* Pœnitere cæperunt, Justin: pro *primos cœpisse pœnitere*. *Cum cæperis sero pœnitere*, Appul. *Quæ adsolent, quæque oportent signa*, Ter. *Hæc facta abillo oportebant*, Id.

Verba (ut loquuntur) *exceptæ actionis.*

Fulminat, atque *tonat*, *vingit*, *pluit*, atque *coruscat*,
Vernat, et *æstivat*, *gelat*, *autumnatque*, *hyematque*;
Hybernat, quandoque *tonitruat*, atque *pruinat*,
Grandinat, et *rorat*, *noctescit*, deinde *diescit*;
Lucescit jungas, nec non conformia cuncta.

Dicuntur hæc verba exceptæ seu exemptæ actionis, quia cum actio in nostra potestate sita non est, sed soli Deo aut Naturæ

ptia. 1 *Vesperascit*, *dilucalat*, *diluculascit*, *diluescit*, *auroral*. *Dor. furo*, *for*, 1 *fer*, *der*, vix unquam suscipit usus. Si numerare velis, poterunt his 2 millia jungi.

Hæc raro in verbis simplicibus reperies, in compositis sæpius *Pessundor*, *Affor*, &c 1 *Fer* hic est a *Forfaris* vel *fare* in præsente subjunctivi, non a *Fero* in Imperativo, 2 Innumera fere sunt verba, quæ hoc aut illo tempore, aut persona saltem destituuntur: Exempli Gr. *Sci* in imperativo nescio an legas. Item, *Soleo* sine dubio caret futuro *Solebo*, *bis*, &c quia sc. usus nunquam requirit, ut hac utamur voce.

Sed omissis hujusmodi verbis, quæ ab omnibus fere Grammaticis integra habentur, ad ea accedamus, quæ defectiva esse negabit nemo.

Indic.	Præs.	*aio*, *ais*, *ait*, *aiunt*.
	Imp.	*aiebam*, *bas*, *bat*, &c.
	Perf.	*aisti*, *aistis*,
Subj.	Præs.	*aias*, *aiat*, *aiatis*, *aiant*.
Indic.	Pres.	*inquio*, *vel inquam*, *quis*, *quit*, *quimus*, *quitis*, *quiunt*
	Imp.	*inquiebat*. *inquiebant*.
	Perf.	*inquisti*.
	Fut.	*inquies*, *inquiet*.
Imperat.	Pres.	*inque inquito*.

Edo sequentia a *Sum* mutuatur.

Indic.	Pres.	*es*, *est*. *estis*.
Sub.	Imp.	*essem*. *ses*, *set*. &c.
Imperat.	pres.	*es*, *esto*, *este*, *estote*.
Infin.	Pres.	*esse*.

Pariter in compositis, *comedo*, *comes*, *comest*.

Apage, *apagete*, i. e. abduc, abducite: vel discede discedite.
Ave, *aveto*, *avete*, *avetote*, i. e, salve, salveto.
Ausim, *sis*, *sit*, *sint*, i, e. audeam, eas, &c.
Cedo, *cedite*, i, e. dic, dicite, vel da. date.
Faxo, vel *faxim*, *faxis*, *it*, *int* i. e, faciam, facias, at, ant.
Forem, *fores*, *ret foremus*, *foretis*, *forent*. i. e. essem, ses, &c.
Fore, i. e, futurum esse.
Ovat, *ovans*, i, e. triumphat triumphans.
Queso, *quæsumus*, i. oro oramus.

Si quis diligenter velit perscrutari Authores, præcipue antiquos, his longe plura reperiet anomala, et defectiva: ut excessis pro

excedas, *irritaſſis* pro irrites, *locaſſim* pro locavero, aut locem, *prohibeſſis*, prohibeas, *taxis*, tangas, *dunt*, dent, *ſultis*, ſi *vultis*, *Sodes*, (ut aiunt) ſi audes, *capſis*, cape ſi vis, cum infinitis aliis.

Abundantia.

Verbum, quod varie format ſua tempora, abundat,
Ut *pungo pupugi*, vel *punxi*, *parco peperci*.
Et *parſi*, *tendo*, *tenſum*, *tentumque* ſupino.
De quibus affatim jam diximus: attamen exſtant
Multa tibi dicenda, aliter geminantia tempus
Præteritum, veluti, 1 *Nubo*, *tutubo*, *placeoque*
Prandeo cum *juro*, jungas, *cano*, *miſeretque*,
Et *Piget*, et *tædet*, *pudet*, et *libet*, et *licet* addas,
Cum 2 multis aliis, quæ ſi tibi dicere verſu.
Conaret, *Fabium* longe ſuperare loquacem.
Dicerer: idcirco verbum non amplius addo.

1 *Nubo* et cætera verba hic enumerata duplicitèr præteritum formant, *Nubo*, *nupſi*, vel *nupta* (non *nuptus* quia mulieri proprium eſt nubere) *ſum*, *tutubo tutubavi*, vel *tutubatus ſum*, *prandeo prandi*, vel *pranſus ſum*, *pudet puduit*, vel *puditum eſt*, *placet placuit*, vel *placitum eſt*, &c. 2 Innumera fere ſunt verba abundantia, ut *aſſentio* vel (potius) *aſſentior*. *impertio* vel *or*, *lachrymo* vel *or*, *reverto*, vel *or*, &c.

Verba varie abundant, quædam in *o* vel *or*, ut modo dictum.

Quædam in variis reperiuntur Conjugationibus, ut, *Lævo*, *lævi*, et aliquando *lavi*, ſaltem in aliquibus perſonis ſic *morior* in infinitivo *mori* tertiæ, aliquando *moriri* quartæ.

Quædam ſub eadem voce et activam et paſſivam habent ſignificationem, cujuſmodi ſunt hæc ſequentia, quæ Communia Appellantur.

Hæc et pluraleges communia *largior*, *hortor*,
Oſculor, *amplector*, *ſtipulor*, *moror*, *hoſpitor*, atque.
Criminor experior, *veneror*, cum *dignor*, *adulor*,
Obliviſcor, eis *interpretor*, addito *ſolor*.

Diligen-

Diligenter notandum in participiis præsentis & futuri temporis verba hæc Communem significationem non habere, i. e. non posse et passive et active significare: ut, *Osculans*, et *osculaturus* active tantum, *osculandus* passive: *osculatus* quidem et active et passive, &c.

Postremo nonnulla sunt verba, si non defectivis aut abundantibus accensenda, saltem Irregularibus annumeranda, quippe quæ sub voce activa passivam, ut aiunt, habeant significationem: ea in sequenti habes Regula.

Passive signant sub *O vapulo, vireo, fio,*
Exulo cum *nubo, liceo* quibus addimus apte.

Fio passivum quidem est pro *facior*: De reliquis multus dubito: et, si certum sit verbi passivi signum, quod possit semper construi cum ablativo intercedente Præpositione *a* vel *ab*, *nubo* Passivum non est: Nam non a viro, sed viro (in dat:) nubit fœmina *Sanctius* et alii volunt activum esse, et idem esse, quod *obnubere*, i. e. velare, *Pallio obnubit caput suum*, Caper.

Liber Septimus.

VErbum est primitivum, ut, *Clamo*, aut derivativum, *Clamito*. Variæ autem sunt Derivativorum species.

Aliud est Denominativum, i. e. Verbum a nomine derivatum, ut, *Lignor aris* vel *are*, *a lignum*.

Aliud imitativum; quia imitationem significat, ut, Patrisso, i. e. patrem imitor.

Aliud Diminitivum, quia primitivi diminuit significationem, *Sorbillo*, i. e. parum sorbeo.

Quædam ab adverbiis et præpositionibus originem ducunt, ut, *Procrastinor*, *Perendinor*, *Supero*, &c. a *Cras perendie*, et *Super*: quæ cum nullum peculiare habeant nomen, Derivativa solum modo appellantur.

Nos hisce omnibus omissis de tribus tantum Derivativorum formis, quæ non solum peculiarem et certum formandi modum sibi adsciscunt, sed frequenter occurrunt, et magni sunt in lingua latina usus; paucis agemus.

De *frequentativis*, seu *iterativis*.

Sic iterativum formes; *sto* fiat *sto atu*.
U per *O* mutabunt bene cætera verba supini.

1 Si fuit, *or.* manet *or*, 2 ſunt cuncta frequentia primæ
Prætereunt normam 3 *nato. quæſito, fundito, ſcitor,*
Sciſcitor, atque *agito, ſector, loquitor pavitoque.*
Perſcrutando libros Doctorum plura notabis.

Iterativum, ſeu frequentativum verbum formatur a ſupino in *o*: quod ſi non habet, oportet fingi in verbis neutris, quæ paſſivam formam non admittunt. Si autem ſupinum fiat in *atu*, mutetur in *ito*: ut *clamo*, finge *clamor, clamatu*, hinc *clamito*. Si vero non in *atu* deſinat, muta *u* in *o*, *Curro curſu*, hine *Curſo* &c. 1 Si primitivum deſinat in *or*, deſinere oportet et derivativum, ut, *Minor, aris* vel *are*. nunquam *mino*, hinc a *Minatu* minetor. 2 Omnia frequentativa ſunt primæ conjugationis, ut, *Curro curſo*, hinc *curſo as avi*. &c. Atque hic obiter notandum a frequentativo ſæpe aliud derivari magis frequentativum: ut in exemplo modo allato. *Curro curſu*, hinc *curſo curſavi curſatum*. finge *curſatu*, hinc *curſito*, *atu* in *ito*. item. *Dico dictu*, inde *dicto*. et ab illius ſupino *dictatu* fit *dictito*: ſed ulterius non progrediendum, i. e. a ſupino hujus verbi *Dictito* nullum aliud formandum Verbum. Num *viſo* a *video* et *nexo* a *necto* ſint frequentativa, lectoris eſto judicium: ratio, ut aiunt, quod non ſint, eſt; quia *viſo* non primæ ſed tertiæ ſit conjugationis: *nexo* et primæ. et tertiæ: et, ut contendunt, omnia frequentativa ſunt primæ: Sed gratis dictum. 3 *Nato* regulariter eſſet *Nito* a *No* in ſupino *natu*: hinc *nato*. De reliquis conjecturam facias.

Dicuntur autem hæc frequentativa verba. quia frequentem denotant actionem, *Clamito*, i. e. ſæpe, vel multum clamo. Non raro tamen eandem habent cum primitivis ſignificationem.

De inceptivis ſeu *Inchoativis*:

Preſentis primique modi *co* junge ſecundæ
Perſonæ, ſi vis verba inceptiva creare:
Sic *ferves ferveſco* facit: ſed tollitur 1 *hiſco*.

Formatur, ut vides, addendo ſyllabam *co* ſecundæ perſonæ ſingulari preſentis indicativi, ut *Caleo cales caleſco*: *tremo tremis tremiſco* &c. 1 ſolum, *Hio* excipitur, *hias*, hinc *hiſco*, non *hiaſco*.

Verbum inceptivum rarius legas, niſi in neutris ſecundæ conju-

gæ

jugationis; et, ut plurimum, in verbis, quorum primitiva in usu non sunt, ut *juvenesco*, *senesco*, &c. Dicitur autem inceptivum seu inchoativum, quia vulgo denotat actionem incipere, ut *convalesco*, i. e. incipio me melius habere.

De Meditativis, seu Desiderativis.

In meditativis, quod in *u* fit, junge supino, V Semper brevians, *rio*: sic dabit *esurit esu*.

Formatur a supino in *u*, addendo *rio*, *cæno cænatu cænaturio*, i. e. cupio cœnare: *nubo nuptu*, hinc *nupturio*, i. e. cupio nubere, &c. vides, cur desiderativa vocentur, quia sc. desiderium indicant: et meditativa, quia meditationem denotant: virgo enim, quæ nupturit (penult brevi) sine dubio de nuptiis sæpius meditatur, et qui esurit de cibo cogitat. Hinc observa primitivum et derivativum idem significare hic non posse.

Annotationes in Verba.

Prima Divisio.

Verbum est pars orationis, quæ per modos, tempora, numeros et Personas flectitur: Estque personale, ut, *amo*, vel Impersonale, ut, *oportet*.

Subdivisiones.

Personale fit in *o*, *r*, *m*, *amo*, *Loquor*, *sum*.

Finitum in *o* est activum, passivum, neutrum, *doceo*, *fio*, *valeo*.

In *r*, Passivum, Deponens, Commune, *Docetur*, *loquor*. *Osculor*.

Personale, quod per omnes personas flectitur, *amo*, *amas*, &c.

Impersonale, quod per unicam tantum flectendum, *oportet*, *oportebat*, *oportuit*, &c, aut saltem per duas, *decet*, *decent*, *decebat*, *decebant*, &c. Nam decco, deces in usu non sunt.

Activum in *o* passivum formam admittit, *doceo*, *doceor*.

Passivum in *o* sub voce activa passivam habet significationem, *fio*, pro *facior*, *veneo*, ut aiunt, pro *vendor*.

Neutrum in *o* passivam formam non admittit, ut, *valeo*, *curro* &c. Utimur tamen, idque eleganter, tertia singulari, tamquam verbo impersonali, *Curritur*, *currebatur*, *cursum est*, vel *fuit*, semper in neutro genere, sic, *pugnatur a me*, *a te*, *ab illo*, *ab illa*, i. e. ego pugno, tu pugnas, &c. Omnia tamen verba neutra hanc loquendi formam non admittunt: Non enim dicimus, *Vivitur a me*, *abs te*, &c. Habet Seneca, *Insanitur a patre*, quod nescio, an alibi legas.

Passivum, activam admittit formam, *docetur*, *docet*.

Deponens ſemper fit in *r*; et vel habet ſolam activam ſignificationem; ut, *loquor, ſequor*: vel neutrum, *Philoſophor*.

Commune etiam in *r* ſemper fit; ſed et activam et paſſivam habet ſignificationem; ut, *hortor te*, vel *hortor abs te*.

Unicum eſt in *M*. sc. *ſum* cum compoſitis, *adſum*, *inſum*, &c.

Secunda Verbi Diviſio.

Verbum eſt primitivum, vel derivativum: ſed de hiſce jam ſatis, ſuperque dictum lib. 7mo

Tertia Verbi Diviſio.

Verbum eſt ſimplex, ex una conſtans voce, ut, *duco*; vel compoſitum, ex duabus, *adduco*.

Componendi modus admodum eſt incertus.

Interdum utraque vox manet integra, ut, *abeo*, &c. aliquando una mutatur, alternâ manente invariata, ut, *appono*, ex *ad*, et *pono*: *Recido*, ex *re*, et *cado*. Aliquando utraque mutatur, *Corripio*, ex *con*, et *rapio*, *Aſſideo*, *ad*, et *ſedeo*. Non raro additur vel demitur litera, *Prodeo* ex *pro* et *eo*: *Coeo*, *eon* et *eo*: In verbo *Proſum* additur *d*, ubi *ſum* incipit cum vocali, *prodes prodeſt*, *proſumus* &c, Hanc obſerva regulam, licet non valde certam, sc. Conſonans præpoſitionis vulgo convertitur in conſonantem Verbi: *Appono*, *arripio*, *accingo*, *affero*, *attuli*, *allatum*, &c Dixi *incertam*, quia ſæpe aliter videas, *aufero*, *abſtuli*, *ablatum*, ex *ab* et *fero*. Sic ſcribas *Affero* vel *adfero*, *appono*, et interdum *adpono*, &c.

Quarta Verbi Diviſio.

Verbum eſt abundans, vel deficiens, de quo jam actum libro ſexto. Hic paucas haſce libuit ſubjungere obſervationes.

Quædam Verba diverſæ Conjugationis in eadem ſignificatione.

1. *Denſo* / 1. *Lavo:*	2. * *Denſeo.* / 3. * *Lavo:*	*Strideo* / *Tergeo.* / *Tueor* / 2.	* *Strido.* / *Tergo.* / * *Tuor.* / 4.
Nexo / *Sono.* / 2. / *Excelleo*	*Nexo.* / * *Sono.* / 3. / * *Excello.*	*Cieo.* / 3. / *Fodio.* / *Lino.*	* *Cio.* / 4. / * *Fodio.* / * *Linio.*
Ferveo. / *Fulgeo.* / *Oleo.* / *Sorbeo.*	* *Fervo.* / * *Fulgo.* / * *Olo.* / * *Sorbo.*	*Sallo.* / *Morior.* / *Orior.* / * *Petior.*	* *Salio.* / * *Morior.* / *Oriar.* / *Petior.*

Annotatiuncula.

Figura Conjugationem; ſtellula minus eſſe uſitatum Verbum indicat. Quædam prorſus ſunt exoleta, niſi forte in quibuſdam perſonis, ut, *olo* et *ſono* tertiæ.

Quædam verba diverſæ Conjugationis ſub diverſa ſignificatione.

Appello, colo, dico, fundo, lego, mando, pando primæ et tertiæ

Idem præteritum a variis Verbis ejuſdem ſignificationis.

Conſtiti		*conſto*		*conſiſto*		
Exſtiti	ab	*exſto*	vel	*exiſto*		
Inſtiti		*inſto*		*inſiſto*		

Idem præteritum a variis Verbis diverſæ ſignificationis.

Acui		*aceo*		*acuo*		
Crevi		*creſco*		*cerno*		
Frixi		*frigeo*		*frigo*		
Laxi	ab	*luceo*	vel	*lugeo*		
Muſi		*mulceo*		*mulgeo*		
Pavi		*paveo*		*paſco*		
Fulſi		*fulgeo*		*fulcio*		

Idem ſupinum a variis Verbis diverſæ ſignificationis.

Cretum		*creſco*		*cerno*		
Manſum		*maneo*		*mando*		
Paſſum	a	*pando*	vel	*patior*		
Succenſum		*ſuccenſeo*		*ſuccendo*		
Tentum		*teneo*		*tendo*		
Victum		*vincо*		*vivo*		

Quinta Verbi Diviſio.

Verbum eſt Regulare, quod ſc. regula alicui generale conforme eſt, ut, *Amo:* Vel irregulare, quod deflectit a Regula communi, ut *do dedi*, de quibus jam paſſim.

De Participio.

Participium eſt adjectivum a verbo derivatum, quod præter ſignificationem tempus etiam denotat.

Octo aiunt eſſe Participii terminationes, *ans, ens, tus, ſus, xus, uus, rus, dus, amans, docens, amatus, verſus, nexus, moriturus, amaturus, amandus.* *Uus* certe terminatio non eſt, cum prima in media ſit ſyllaba: præterea *moriturus* Nomen a multis habe-

Per nos duas, tres, vel ſeptem ſtatuas Participii terminationes, *us* et *us*: vel *ans*, *ens*, et *us*, &c.

Tria ſunt hic tempora, Præſens, præteritum, futurum: *ans*, *ens* præſentis: *tus*, *ſus*, *xus*, *uus*, præteriti, *rus dus*, futuri: *Orſundus* tamen, et forte alia, ſæpe præteritum indicat.

Participium tranſit in Nomen, cum tempus amitit, ut *ſapiens ſponſa*, ſi tanquam ſubſtantiva ſumantur: Vel cum mutat regimen: cum ſc: alium regit caſum, quam Verbum, unde venit, ut, *amans vini*, *doctus Grammaticæ*, &c. Nam participia hæc regunt accuſativum, *amans vinum*, *doctus Grammaticam*, de quo alibi: Vel denique cum comparatur: ut, ſi dicam, *Petrus Optatus adeſt*, *Optatus* Participium eſſe volunt: at ſiquis addat, *Paulus Optatior*, *Joannes Optatiſſimus*, *Optatus*. Nomen rurſus affirmant. Per nos nomen, vel participium eſto.

De hiſce et ſimilibus, *Togatus*, *Tunicatus* haud parva lis. *Togatus* Participii habet formam, a nomine ducens originem, Participium ergo ſit, utriuſque particeps naturæ.

Dictionis Figura.

Figura vel ad integram attinet Phraſin, de qua in ſecunda parte: vel ad unicam tantum dictionem, de qua hic. Vel, ſi placet, ad Vocis formam, ſeu ſignificationem ſpectat, quæ in ſecunda tractabitur parte. Vel ad materiam, i. e. literas et ſyllabas, ſeclusa ſignificatione, de qua hic.

Decem autem Statuuntur dictionis figuræ, hiſce verſiculis comprehenſæ.

1 *Proſtheſis* apponit capiti: ſed 2 *Apharesis* aufert.
3 *Syncopa* de medio tollit: Sed 4 *Epentheſis* addit.
Abſtrahit 5 *Apocope* fini: Sed dat 6 *Paragoge*.
Conſtringit 7 *Crasis*: diſtracta 8 *Diaresis* effert.
9 *Metatheſis* ſedem commutat literularum,
Ipſas 10 *Antitheſis*. Cunctarum exempla ſequuntur.

1 Per *Proſtheſin* additus vocis initio: *Gnatus* pro *natus*.

2 Per *Apharesin* a principio aufertur, *ut pone*, pro *depone*. ſed non placet exemplum, licet Vulgo detur. *ponite libros*, pro *Deponite*. Aliud quidam dant exemplum, *Conia* pro *Ciconia*.

3 Harum omnium frequentiſſima eſt *Syncopa*, per quam aufertur de medio, *Deûm*, pro *Deorum*, *caleſtûm* pro *caleſtium* cum infinitis alijs, de quibus partim jam dictum, dum de nomi-

nibus

nibus ageretur. In verbis nihil vulgarius; *Petiit* pro *petivit*: *Nosti* pro *novisti*, &c. præcipue vero in verbis a *vi* formatis; ut *redivit* pro *redivit*, &c. Excipe dissyllaba; ut, *Movi*, *movisti*, non *mosti*, *navi navisti*, non *nasti*, &c. At reperies, *Nosti*, *Scisti*, *Flasti*, *Flesti*, et forte alia. a *Novi*, *Scivi*, *flavi*, *flevi*. In aliis verbis rarius quid e medio aufertur, nisi apud poetas, *Accestis*, pro *accessistis*, Virg. *justi*, pro *jussisti*. Ter.

4. Per *Epenthesin* additur medio: *rettulit*, pro *retulit*. *Relligio*, pro *religio*: *quattuor* pro *quatuor*. *Siet* pro *sit* &c, Vulgare apud poetas.

5. Per *Apocopen* demitur a fine, *Negoti* pro *Negotii* nihil vulgarius. Nescio, an per hanc figuram dicamus, *dic*, *duc*, *fac*, *fer*; pro *dice*, *duce*, *face*, *fere*.

6. Per *Paragogen* fini additur, *dicier* pro *dici*, quod apud poetas vulgare est.

7. Per *Crasin* duæ syllabæ in unam contrahuntur nihil dempto, nec addito: *phaeton*, *phaton*, duabus vocalibus in dipthongum contractis.

8. Per *Diaresin* vox dilatatur, i.e. ex una syllaba duæ conficiuntur, *Sylva*, *Sylua*: *volvisse voluisse*: V. Consonante in vocalem mutata.

9. per *Metathesin* literarum situs mutatur. ut, *Flandre* pro *Flander*; *Flander* enim in vocativo *Flander*: reperies tamen *Flandre*, quasi a *Flandrus*: ut in hisce versiculis.

Tres sunt conviva, Germanus, Flander et Anglus:
Dic quis edat melius, quis meliusve bibat.
Non comedis, Germane; bibis: tu non bibis, Angle.
Sed comedis: comedis, Flandre, bibisque simul.

10. Per *Antithesin* una litera pro alia ponitur, *faciundum* pro *faciendum*; et vulgo apud Ter. *volt* pro *vult*, *maxume* pro *maxime*, &c.

Admonitio.

Omnia non possunt præceptis tradier: usus,
Scriptaque Doctorum supplebunt cætera; quæ vos
Nocturnâ versate manu, versate diurnâ.

Innumera fere consulto omisi, quæ aut ipse inter legendum annotavi, vel sparsim in multis, quæ apud me sunt, Grammaticis occurrebant excerpenda. Nihil tamen quoad sciam, ullius momenti in Grammatica Despauteriana (quod ad grammaticam attinet, intelligo) prætermisi, et plurima certe, quæ apud eum reperire non est, haud leviter attigi, multa in melius mutavi: Necessaria tamen omnibus quæ exstant, Grammaticis hanc visum est [illegible]

Ex
Libris Thoma
Home

GRAMMATICÆ DESPAUTERIANÆ

Cum nova novi generis gloſſa,

Authore

JACOBO KIRKWODO

DUMBARENSI.

PARS SECUNDA.

EDINBURGI.

Ex Officina, *Georgii Meſman*, 1695.

Thomas Stone

ADMONITIO.

SCiat Lector, *nos omnia hic ita digerere, ut prius communiora, facilicra, magisque necessaria in singulis regulis tradantur, quibus rarius occurrentia, difficiliora, minusque necessaria, tanquam* Annotationes *subjunguntur; quod eo effecimus consilio, ut sicco pede hæc pueri transeant, donec haud mediocriter illa calleant: quæ, si placet, in vicem veniant* Constructionum, *quas prius gustare solent pueri, quam ad Grammaticam accedant. Si quæ tamen* Annotationibus *insint, quæ in regulis continenda existimes, difficile venerit inde excerpere* Figuras *autem, de quibus in ipso initio vulgo agi solet, ad finem rejecimus; ut pote tum rarius occurrentes tum intellectu difficiliores.*

GRammatica, (a Græca voce *Gramma*, i, e. litera derivata) est Ars recte loquendi, scribendique rationem tradens.

Partes quatuor; *Etymologia*, *Syntaxis*, *Prosodia*. *Orthographia*.

Etymologia, vocum tradit *Accidentia*, i, e. genera, declinationem, derivationem, compositionem, aliaque hujusmodi; de quibus jam actum in prima parte.

Syntaxis voces in legitima oratione construit, de quo hic in secunda agendum.

Prosodia Syllabarum quantitatem, et carminum notitiam docet, de quo in tertia agetur.

Orthographia (quæ a quibusdam prima pars habetur) recte scribere docet, quando sc. majoribus, quando minoribus utendum literis, quo modo voces in proprias Syllabas dividendæ, *&c.* ut suo loco patebit: nos quartam statuemus partem.

Ut ad secundam redeamus, *Syntaxis*, seu *Constructio* est duplex, *Concordantia*, vel *Regimen*, i, e. voces vel aliæ cum aliis concordant, vel aliæ ab aliis reguntur: hæc *Transitiva*, illa *Intransitiva Syntaxis* appellatur.

Concordantia est, cum voces in re aliqua communi conveniunt, sc. genere, numero, casu, persona, *&c.* Et vulgo quintuplex habetur,

Adjectivi cum substantivo.
Substantivi cum substantivo.
Relativi cum Antecedente.
Verbi cum Nominativo.
Responsivi cum Interrogativo.

Concordantia Adjectivi cum Substantivo.

Mobile cum fixo genere, et casu, numeroque,
Conveniat. 1 Nomen sic vult Cognomini adesse.

Adjectivum concordat cum substantivo in genere, numero et casu: *Vir bonus*, *Modesta mulier*, *Ferum animal*. *Quis vir*: *quæ mulier*: *quod animal*: *Amicus certus in re incerta cernitur*. *Corrumpunt bonos mores colloquia prava*.

1. Nomen et Cognomen in iisdem conveniunt, *Jacobus Stuartus*: *Loquor de Jacobo Stuarto*; &c. Idem de Prænomine dicendum, *Marcus Tullius Cicero*: *apud Marcum Tullium Ciceronem*, &c. Sed cum hæc sint duo, vel plura substantiva ad eandem rem pertinentia, id circo in eodem ponuntur casu per (con)sequentem: de quo plura suo loco.

Annotationes.

1 Adjectivum dicitur *Mobile*, quia de genere in genus movetur, Substantivum, *Fixum*, quia firmum, fixumq; manet in eodem genere.

2. Substantivum sæpe supprimitur. *Paucis te volo*, Sup. *verbis Bubula, vervecina, vitulina: sup.* Caro. *Triste lupus stabulis* Virg. *Triste*, sc. *quid*. vel *Negotium:* aut *Triste*, i, e, *res tristis*.

3. Adjectivum cum duobus Substantivis diversi generis positum cum utrolibet convenire potest, *Non omnis error stultitia est dicenda*, vel *dicendus stultitia*. *Paupertas visa*, vel *visum est onus* at si alterum horum sit nomen proprium, cum eo concordabit adjectivum, *Semiramis puer credita est*. ne dicas, *creditus*. *Antonius a Cicerone appellatus est pestis Reip.* Noli dicere *appellata*. Interdum aliter videre est, *Universa gens Veneti appellati*, vel *appellata*. Et quod eodem redit, *Est stella, quæ, vel qui Phaeton dicitur*, seu *Est stella Phaeton dicta*, aut *dictus*, de quo postea.

4. Unicum substantivum sæpe convenit cum pluribus adjectivis, *Novi omnes istos quatuor homines præ foribus stantes*. *Aureis mala decem misi, cras altera mittam*, Virg.

5. Duo vel plura Substantiva Conjunctione *Et, ac, atque*, &c. aut Præpositione *cum* copulata vim habent pluralem, *Petrus et Paulus sunt pii*. *Pater et Mater sunt mortui*. *Juno cum Minerva tristes redeunt*. onjunctio interdum supprimitur, *Dum ætas metus, magister prohibebant*, Ter.

Hæc Annotatio versu sic exprimitur.

Quæ per *Et* aut socias jungo, dant rite valorem
Pluralem: Sic *Cum* pro Conjungente repostum.

Concordantia Substantivi cum Substantivo.

Fixa rei ejusdem casu ponantur eodem.

Duo, vel plura substantiva idem significantia in eodem ponuntur casu, licet genere et numero aliquando dissentiant *Dominus Jesus Christus Dei filius, genus humanum a morte redemit*. *Spem locat in Domino Jesu Christo, generis humani unico Redemptore*. *Marcus Tullius Cicero Orator maximus*. *Aiunt Marcum Tullium Ciceronem oratorem fuisse maximum*, In vario genere et numero sunt hæc sequentia *Nunquam vidi montem Ætnam; nec urbem Athenas aut Romam, Mundi, ut aiunt, caput*.

Annot.

In præcedentes duas regulas.

1. Duo Substantiva eandem rem significantia, interdum in diverso ponuntur casu, *Urbs Antiochia*, Cic. Hinc dicas, *Habeo nomen Jacobus*, vel *Jacobi*: *Habeo nomen Jacobum*, aut *Jac*

vel *Jacobus*: ſed *Jacobus* hic accuſativus eſt *Indeclinable*.

2. Vulgo docetur hæc Subſtantiva in eodem poni caſu per figuram, quam *Appoſitionem* appellant, verbis obſcuriſſimis ſic expreſſam.

Apponens conjunge pari caſu duo fixa,
Eſto res eadem: declaratumque praito.

3. Concordantia Adjectivi cum Subſtantivo, aut plurium Subſtantivorum inter ſe, non raro fit intercedente Verbo, *Terra dicitur immobilis*: *Pater redit iratus*: *Petrus jacet ſupinus*: *Multi malunt haberi, quam eſſe boni*: *Rex appellatur Carolus*. *Cæſar cupit eſſe Imperator*.

4. Diligenter hic notandum, eundem caſum ſubſequi verbum, qui præceſſerit: *Cæſar cupit eſſe Imperator*: *Cæſar ſe cupit eſſe Imperatorem*. *licet tibi evadere docto*, &c. Dicas etiam, *licet tibi evadere doctum*. ſed hic ſupprimi aiunt vocem Te, licet tibi te evadere doctum Sic interdum etiam videtur ſupprimi dativus. *Neque ſervitio me exire licebat*, Virg. *neque licebat mihi me exire ſervitio*.

5. Vocantur vulgo hæc verba *Subſtantiva*, *Vocativa*, et eorum vim habentia: Regulaque ſic exprimi ſolet.

Cum Subſtante Vocans, et vim quod ſervat eorum.
Si ſit res eadem, poſſe ſe rectum retinebunt.

Concordantia Relativi cum Antecedente.

Pone Relativum cum Præcedente in eodem,
Et genere, et numero, nec non perſona in eadem.

Relativum et Antecedens conveniunt genere, numero et perſona: *Vir ſapit, qui pauca loquitur*, *Laudanda mulier, quæ modeſte ſe gerit*, *Nullum eſt animal, quod Leonem ſuperet*. *laudandus quidem tu, qui diligenter ſtudes*: *culpandus ego, qui nil aliud, quam ludo*. Annot.

1 Caſu non conveniunt, licet ſæpe in eodem reperias, quia iſtud non neceſſario evenit: *Eoce homo, vel hominem, quem petebam*. In eo autem ponuntur caſu, prout eſt natura vocis, vel ſecundum illius regimen quacum conſtruuntur, *Reperi librum, quem amiſiſti*: *repertus eſt liber, quo caruſti*.

2 Si Relativum ponatur inter duo Subſtantiva diverſi generis, cum utrolibet convenire poteſt: *Eſt animal, quod, vel quem, vocamus hominem*. *Eſt locus in carcere, qui, vel quod, Tullianum vocatur*. *Stella qui vel qua, Phaeton dicitur*, &c. Sæpius tamen cum proprio nomine; *Stella, qui Phaeton dicitur*: *locus, quod Tullianum appellant*.

3. Non raro Antecedens una cum Relativo reperitur, præ-

apud Cæſarem: *Diem dicunt, qua die omnes conveniant: cum ad locum veniſſent, quo in loco hoſtes conſederant*, Cæs. *Erant omnino duo itinera, quibus itineribus domo exire poſſent*, Id. Hinc manifeſte liquet, nil aliud hic eſſe, quam veram Adjectivi cum Subſtantivo concordantiam.

4. Diligenter notandum Relativi cum Antecedente ſitum apud Poetas et Hiſtoricos ſeu Oratores plurimum vulgo differre: apud Virg. *Urbem quam ſtatuo, veſtra eſt:* apud Hiſt: *Quam ſtatuo urbem, veſtra eſt: Vel quam ſtatuo, urbs veſtra eſt. Quas ad me miſiſti literas fuerunt jucundæ.* Apud Poet. *Naucratem quem convenire volui, in navi non erat.* i. e. *is Naucrates, quem Naucratem convenire volui, in navi non erat.* Apud Hiſt. *Naucrates, quem* &c. Apud poet. *Quas credas eſſe has, non ſunt veræ nuptiæ*, i. e. *has nuptiæ, quas has nuptias tu credis eſſe veras, non ſunt veræ.* Per. ſic apud Ovid.

dent tibi Nymphæ,
Quæ levet unda ſitim: ſc. *dent undam, quæ unda levet ſitim.*

5. Antecedens ſæpe ſupprimitur, idque eleganter, ut *Aliqui* et *alius* apud Hor.

Argentum et veſtes Getulo murice tinctas,
Sunt, qui non habeant; eſt, qui non curat habere.

Concordantia Verbi cum Nominativo.

1 Ante capit rectum Perſonâ convenientem
Et numero verbum quod Perſonale vocatur,
Nec non finitum: 2 Rectum perſæpe tacemus.
3 Sæpe loco illius quid pono 4 Ne, puer uni
Pluralem dones Sermonem; non honor eſt hic.
5 At de me ſolo numerus dicetur utervis.

1 Omne verbum perſonale finiti modi (ſc. Indicativi, Subjunctivi et Imperativi) convenit cum Nominativo expreſſo, vel ſuppreſſo, in numero et perſona: *Ego ſcribo: tu legis: Petrus currit: nos ſtamus: vos ſedetis: tempora labuntur. Gaudeo, quod bene vales: Lætamur, quod ſalvi domum redieritis.*

2. Prima et ſecunda perſona utriuſque numeri vulgo ſupprimuntur, ut apud Ovid.

Et, ſi quid faciam nunc quoque quæris, amo.

3. Sæpe Nominativi vicem aliquid ſupplet. *Legere, et non intelligere eſt negligere.*

4. Si unum alloquaris hominem, noli plurali uti numero [illegible]

5 Si de te fiat ſermo, ſingulari, aut plurali utaris; *Deus nobis hæc otia fecit*, Virg, *Nobis*. i. e. *mihi. Nos patriam fugimus*. Id. *Nos fugimus*, i. e. *ego fugio*,

Annot.

1. *Ego* primæ perſonæ. Tu ſecundæ; omnes aliæ voces tertiæ; excepto Relativo, *Qui*, *Qua*. *Quod*; quod ſemper eſt perſonæ Antecedentis, ut prius dictum.

2. *Ego* et *Tu* fere ſemper ſupprimuntur, niſi perſonarum diſcriminationem, aut actionis differentiam innuere velis: *Morabor ego ruri, tu in urbem redeas. Scribite vos, dictabo ego.*

3. Vox *Homines* Supprimi etiam ſolet ante hujusmodi verba: *Ita aiunt, ferunt, dicunt.*

4 Verbum impersonale nullum ante ſe caſum habet: *Oportet me ſcribere. pœnitet me peccati.*

5. *Pluit*, *ningit*, *dieſcit*, *nocteſcit*, &c. vel dicas hic ſupprimi *Pluvia*, *Nix*, *Dies*, *Deus*, *Natura*. aut ſimilem aliquam vocem, vel impersonalia ſtatuas: At, *Saxa pluunt*, Stat *Sanguine pluit*, Liv.

6 Frequens eſt apud authores vice Nominativi aliquid poni; *Omnibus benefacere laude dignum eſt. Quod diligenter ſtudes, in tuum ipſius commodum cedet.*

7. Idem hic notandum, quod ſuperius traditum; duo nempe vel plura ſingularia Conjunctione *Et atque*, &c, vel Præpoſitione *Cum* copulata vim habere pluralem; *Petrus et Paulus ludunt. Rhemo cum fratre Quintino jura dabunt*, &c, Quod ſi duo ſingularia vim habeant pluralem; multo magis ſingulare cum plurali: *Præceptor et Diſcipuls ſtudiis fatigantur.*

8 Quod ſi verbum ponatur cum duobus Nominativis, nullâ copulâ conjunctis, cum utrolibet fere convenire poteſt; *Omnia pontus erat*, Ovid. (tempore diluvii) ſine dubio dicere licet; *Omnia pontus erant*, *Sanguis erant lacryma*, Luc. *Amantium ira amoris redintegratio eſt*. At *Veſtes fuerunt lana*: Cave dicas *Fuit lana*.

9 Infinitivus modus cum nullo caſu neceſſario convenit, vulgo tamen Accuſativus, ſæpe Dativus, interdum nullus omnino caſus ei præponitur, ut ex hiſce patebit exemplis: *Dicunt fratrem tuum negligere ſtudia, aiunt eum nil aliud, quam ludere. Licet fratri tuo evadere docto. Frater tuus dicitur negligere ſtudia.*

Hic reſtat, ut pauca dicamus.

De Perſonarum et Generum Dignitate.

Perſonam atque genus ſemper dabimus mage digno;
Prima quidem reliquis præſtat; ternæque ſecunda.
Adſculeum reliquis præſtat, neutri muliebre,
In vivis: 3 aliter, vulgo neutrum ſuperabit.

1 Prima Perſona dignior eſt ſecundâ, ſecunda tertiâ: vox igitur dignioris perſonæ attrahit ad ſuam perſonam vocem indignioris, *Ego pauper canto*; *tu dives trepidas*, ſc. appropinquante latrone. *Ego et tu ſumus æquales*: *Tu et Petrus eſtis pares*. His addas illud Virgilii, *Divellimur inde Iphitus et Pelias mecum*: Metam i. e. *Ego, Iphitus et Pelias divellimur*.

2 Maſculinum dignius fœmnino, fœmininum neutro in rebus animatis, ſeu viventibus: *Pater et Mater ſunt mortui*, vel *uterque eſt mortuus*. *Iena et ſcortum ſunt impudica*.

In inanimatis neutrum plerumque ſuperat, *Calamus et ſcalpellum ſunt neceſſaria*; vel etiam *neceſſarii*. ſed raro: *Penna et atramentum ſunt utilia*, raro *utiles*. *Leges et plebiſcita coacta*. Luc.

4: Hic diligenter notes, vulgo in neutro poni adjectivum, licet ſubſtantiva omnia ſint vel maſculina vel fœminina, aut etiam mixta, modo omnia ſint inanimata: *Labor et voluptas ſunt diſſimillima*. Liv. dici potuit *diſſimillimi*. *Nox et præda remorata ſunt hoſtem*, Sal. dicas etiam *remorata*. *Eádem mente comprehendimus colorem, ſaporem, odorem, ſonum, quæ nunquam animus cognoſceret*. Cic. potuit etiam dici *Quos*. Cic. *Manus et pedes ſunt loti* vel *lota*. *Manus et facies lote vel lota*: *caput, manus et pedes lote vel lota*. Ad hæc reducas ſingula exempla, quæcunque vel in Authoribus occurrunt, vel proponi poſſunt.

Concordantia
Reſponſivi cum Interrogativo

Quo caſu rogito, tu reſpondebis eodem.

Reſponſivum convenit cum Interrogativo in caſu, *Cui dediſti epiſtolam?* Reſp. *Tabellario*. *Quid meruſtus es?* Ter, *Crucem*, inquit alter.

Annot.

1, Multi negant ullam hic eſſe concordantiam, quia ſæpe in diverſo caſu reſpondendum, *Quanti emiſti?* reſp. *Duobus aſſibus*. *Cujus eſt liber?* reſp. *Meus*. *Cujus refert*, reſp, *Mea*, &c. Quæ omnia ex ſequentibus regulis patebunt.

2. Eleganter eodem reſpondebis Verbo: *audin, hæc? Audio*

Interfuiſtin concioni? interfui. Annon dixi hoc futurum? dixi. Ter.

Annotatiuncula.

Sunt, qui hic ſextam ſubjungunt Concordantiam nempe vocativi cum ſecunda perſona, Ubicunque enim eſt Vocativus, illic et ſecunda perſona. *Salve, Claudi; Tu quoque ſis ſalvus Bernarde, ludamus parumper Quid ais, inepiule.* &c.

Concordantiis duas ſubjungemus Regulas, quas hic tradit *Deſpauterius.* Prior.

Conſimiles optat caſus Conjunctio habere Conſimileſque modos: 1 ſi non Regimen varietur.

Conjunctiones copulativæ, disjunctivæ, et quædam aliæ voculæ ſimiles caſus aut modos copulant.

Copulative *Et, ac* &c. *Vir bonus et ſapiens. Perſeverat obdura,* &c.

Disjunctivæ, *Aut, Vel* &c. *Aut Deo, aut mundo ſerviendum: dic vel neges.* &c.

Aliæ voculæ; *Quam, tanquam, præterquam, licet,* &c. *Fortior Scipio quam Hannibal, Faveo tibi, tanquam fratri. Nemini nocet, præterquam ſibi, amandus pater, licet difficilis, Neminem audis, niſi patrem,* &c.

1. Cum utimur dictione aliqua, quæ varios requirit caſus, conjunctiones iſtæ ſimiles ſeu eoſdem caſus non copulant: *liber tuus et fratris. Intereſt tua et Ciceronis: aut Londini aut Pariſiis habitat. Emi aſſe* et pluris. Quæ omnia poſtea patebunt.

Annot.

1, Cuivis manifeſtum eſſe poteſt Conjunctionem ex ſua natura nec ſimiles, nec diſſimiles conjungere caſus, ſed quoſcunque dictio regens exigit, illos copulare; ut in exemplo allato: *Amandus eſt Pater licet difficilis:* ſic reſolve, *Pater eſt amandus, licet* ſit *difficilis ſeu moroſus.* Quid, quæſo hic copulat, *licet.*

2. Hinc complures viri doctiſſimi aſſerunt conjunctiones baſce, non ſimiles caſus, ſed modos ſemper conjungere: *Amo patrem et matrem; Et patrem* et *matrem* non copulat, ſed *Amo*, et *Amo*: Sic enim reſolvitur hæc et omnis ſimilis oratio: *Amo patrem, et Amo matrem: Refert mea, et refert Ciceronis.*

3. At regeras diverſos ſæpe copulari modos ut, ſi quis Magiſter ſuis dicat diſcipulis; *ſedulam navate operam horis antemeridianis, et ameridie ludetis:* Hic imperativum et indicativum copulari videtur. Reſp. Impropriam eſſe loquendi formam: quæ ſic corrigi poſſit, *Ludetis a meridie, modo horis antemeridianis ſedulam*

4. Si hæ Conjunctiones cum uno geminentur Verbo; prior nihil copulat, *Petrus et doctus et pius est. Vir et consilio et manu promptus. aut bibe*, aut abi. *Est vir tum felici memoriâ, tum acuto ingenio præditus. Tum tum valet. Et et*

Junguntur verbis Adverbia, Nominibusque,
Participiisque aliis constructa adverbia cernes,

Adverbia Verbis junguntur, *scite pingis*: Nominibus, ut aiunt, *Vix vir*, Participiis, *Temere judicans*: Aliis etiam, ut volunt, Adverbiis, *Sat cito, si sat bene*, &c.

Annot.

Ridiculum est Adverbia Adverbiis aut Nominibus nudis adjungi posse asserere; *Valde bene: Vix vir.* quid sensus? quid monstri potius? sciendum nullam posse esse phrasin aut sententiam sine Nomine et Verbo; Adverbia, ut ipsa vox indicat, Verbo adjectiva illius sensum, et circumstantias explicare, seu limitare: *Vix vir*, i. e. *Petrus* (vel quivis alius) *vix est vir, celeriter currit; Sat cito, scribit, si bene scribit*, &c. Participiis adjici posse fateor; ut: *Vidi te temere judicantem*; sed Participium vim et naturam habet Verbi: *Vidi te temere judicantem*, vel (et potius) *judicare*: aut, *vidi, te, cum temere judicares.* Nescio profecto an Adjectivo adjungi possit; *Est vir admodum impudens: Mulier valde modesta*, &c. Per nos verbum vel adjectivum afficiat, vel, si placet, integram phrasin, *Petrus admodum impudens est.*

Regimen Genitivi.

Si duo continue jungantur fixa, nec una
Res, in patrio recte casu dabis unum.

Si duo substantiva una juncta seu in eodem Commate, diversa significantia, alterum ponas in genitivo. *Timor Domini principium sapientiæ. Achillis arma, Toga Præceptoris, Iter unius diei.* &c.

Annot.

1 Adjectivum in neutro genere substantivatum, seu substantivum factum eleganter per hanc regulam genitivum regit: *Qua causa; quid causæ multa pecunia, multum pecuniæ. Nullus locus, nihil loci.* &c. His addas hæc et hujusmodi, *acuta belli: amara curarum; ardua montium, angusta viarum: id temporis, id ætatis.* &c.

2. Substantivantur etiam in masculino et fœminino: *Amicus Patris, Matris vicina*, &c, *amicus* et *vicina*, hic substantiva sunt; *Est amico in me animo, mulier hæc habitat nobis vicina* adjectiva.

Ad hanc etiam regulam pertinent hæc et similia, *urna illius*

pater hujus, &c, quia *hic* et *ille* vel ſumuntur ſubſtantivè, vel nomen aliquod ſubſtantivum ſupprimitur; nempe, *arma illius viri*: *pater hujus pueri*.

4 Dubites forte, utrum ſubſtantivorum in Genitivo ſit ponendum: *Liber patris*, an *pater libri*. *Author libri*, dicas: *Pater* metaphora longe petita. Ut verbo dicam, oportet Rhetoricam, aut logicam prius diſcas, quam hanc intelligas regulam. Adjunctum regit ſubjectum. *Domus aut equus patris*; non *Pater Domus*, aut *equi*; ni ſorte intelligas alium equum, non patrem tuum. *liber Petri*; at nunquam *Petrus libri* dicendum.

Poſtremo notandum, unicum ſubſtantivum duos interdum poſſe diverſos regere genitivos, ut apud Cæſ. 3. lib. bel. Gal. *duobus plus minus a fine foliis*; *ſuperiorum dierum Subini cunctatio*. Idem videas lib 2, tribus aut quatuor a principio foliis; *Eorum dierum conſuetudine itineris noſtri exercitus perſpecta*. Ni forte hic ſupprimas voce *Tempore* aut *ſpatio*.

Inſtar amat patrium, quandoque notabis 1 *Adinſtar*.

Inſtar (i, e. imago, exemplar, ſeu ſimilitudo) regit Genitivum *Phœbea lampadis Inſtar*, Virg. *Plato mihi unus inſtar eſt omnium*, Cic, &c.

1 Qui *adinſtar* una in voce ſcribunt, perperam faciunt. *Ad inſtar ſolis exornatus*. Appul. i. e. ad ſimilitudinem ſolis. Vide, quæ de hac voce dicta ſint in prima parte. Reg. *Barbara multa manent*. &c.

Poſſeſſum ſpernit patrium, quo paſſio fertur.

Filius ergo *mei*, ne dixeris, at *meus* inque.

Cave dicas; *liber mei*, *tui*, &c ſed *meus tuus*. Dicas tamen *Amor meus* vel *mei*, &c. Verum, *amor meus* in me eſt, ſeu ego eum poſideo: *amor mei*, in illo, qui me amat. At, *amor* vel *timor Romanorum*, *Græcorum*, &c, vel eſt in ipſis vel aliis.

Annot.

Quodvis Subſtantivum, genere, numero et caſu cum pronomine poſſeſſivo concordans, eleganter regit adjectivum ſine ullo ſubſtantivo in genitivo; quod alias cernere eſt nunquam: *Noſtros vidiſti flentis ocellos*, Ovid. *Ex tuo ipſius animo conjecturam feceris*, Cic. *Tu meum natantis vidiſti caput*; *ego tuas vapulantis nates*, &c.

Sed quia non minus verum eſſe aiunt, quam ullam apud Euclidem, Propoſitionem, *Omne adjectivum ſuum habere ſubſtantivum* ſuppreſſum vel expreſſum, quæritur, quodnam his adj[illegible]

is ſtatuendum ſubſtantivum. ſc. *Plentis, ipſius, natantis, vapulantis.* Reſp. nullum re verâ hic eſſe, nè ſuppreſſum quidem. Sed oportet habeamus. dicimus igitur ſubſtantivum implicite contineri in adjectivo Pronominis poſſeſſivi pro primitivo poſiti: *Meum vidiſti natantis caput*; pro, *caput mei natantis*; *Mei*, inquam, ab *Ego*; non a *Meus*. Ne dicas tamen, *Mei natantis vidiſti caput*, ſed *meum*.

Idem videre eſt in relativo cum antecedente; ut apud Ter. *Omnes laudabant fortunas meas, qui haberam filium talis ingenii praditum.* Antecedens ad Relativum *Qui* in voce *Meas* continetur. Idem et hic cenſendum: *Veſtra refert, qui eſtis patres?* Id.

Hinc manifeſta apparet phraſis ſeu ſententia illa apud virum diſertiſſimum Caſtellionem Prov. Cap. 1, verſ. 23. *Convertite vos ad caſtigationem meam, quæ vos inflabo ſpiritu meo, vobis mea dicta demonſtrans*, Vox *quæ* multorum mentem et ingenii acumen torquet et diſtrahit, quo ſit conſtruendum modo dubitantium. Ex ſupra dictis liquet *Quæ* Nominativum eſſe ante *Inflabo*. Antecedens contineri in voce *Meam: convertite vos*, inquit ſapientia, *ad caſtigationem meam*, i, e. *mei, quæ inflabo* &c. Mira profecto cum emphaſi vir eloquentiſſimus divinam exprimit mentem.

1 In patrio aut ſexto cum fixo mobile ponas
Poſt aliud fixum: 2 poterit quoque mobile jungi
Alterutro fixo 3 quandoque poeta locabit
Poſterius fixum quarto, ſic, *Candida collum.*
Famina: vir pulcher, vultum; nigerque capillum.

1 *Puer decorâ faciei*, vel *decorâ faciè*: *Petrus acuto eſt ingenii*, vel *acuti ingenii*, &c.

2 *Petrus eſt acutus ingenio*, aliquando *ingenii*: *Falix illi animi*, Buch.

3 Frequentiſſima eſt apud poetas hæc loquendi forma: *Petrus vulneratur caput*, vel, *vulneratus eſt caput*; *truncatur brachium. Os humerosque Deo ſimilis*: Virg. *Gens addicta mentem erroribus impiis*. Buch. ſed de hoc poſtea, dum de figuris.

Activè ſignans verbale dabit genitivum.
Mobile: 1 ceu quædam, quorum vix ſcitur origo.

Adjectivum verbale, i, e. a Verbo deductum, active ſignificans regit genitivum: *Amans vini. Patiens frigoris*, doctus Gramm.

tiæ: Tempus edax rerum: memor beneficii: Immemor *injuriæ.*

1 Haud pauca ſunt Adjectiva genitivum regentia, quæ an a verbo deducantur, dignoſcere facile non eſt: *Peritus belli*: Securus *famæ*: *trepidus futuri*, &c.

Annot.

Amans vinum Participium, et denotat hominem, qui modo amat vinum, actum, inquam, non habitum. *Amans vini*, Nomen, i, e. *amator vini*, habitum denotans, idem de *Patiens frigus* et *frigoris* cenſendum. *Doctus Grammaticæ*; qui Grammaticam bene callet: *Doctus Grammaticam*, qui eam didicit, licet jam oblivioni dederit: hoc participium, illud Nomen habetur.

Hæc caſum ternum cupiunt, quandoque ſecundum
Affinis, *ſimilis*, *communis*, *par*, *propriuſque*.
Finitimus, *fidus*, *conterminus*, atque *ſuperſtes*
Conſcius, et *ſocius*, *conformis*, ſive *propinquus*,
Et *vicinus*, *amicus*, avet jungi his *alienus*.

Hæc adjectiva vulgo dativum, interdum genitivum exigunt: *Similis patris*, aut *patri*: *finitimus oratori poetæ*: *mala ſunt vicina bonis*: *conſcius ſceleris*, vel *ſceleri*, &c.

Annot.

1 *Similis patris* plerumque de moribus dicitur, *patri* de corporis aut faciei figura.

2 *Alienus conſilii* raro. *conſilio* Sæpius. et etiam *a conſilio*. *Homo ſum, humani a me nihil alienum puto.* Ter.

Partitiva volunt Genitivum poſteriorem
Ejuſdem generis: 1 niſi collectiva regatur,
Aut 2 heteroclita vox 3 aut præcedentia ſpectes.
4 Hiſce gradûs terni jungas adverbia quædam.

Adjectiva partitiva regunt Genitivum pluralem ejuſdem generis: *Virgilius poetarum optimus*, *Cicero oratorum eloquentiſſimus*. *Quis fratrum*? *Nulla ſororum*: *utra manuum*? &c.

1 Regunt Genitivum ſingularem, ſi ſit vox *Collectiva*, i. e. in ſingulari plura denotans, ut *populus*, *turba*, *plebs* &c. Atquiſic Genitivo plurali æquivalet: Nec hic requiritur, ut ejuſdem ſit generis: *optimus plebis*: ſi de viro loquaris: *optima*, de muliere: *doctiſſimus ſuæ ætatis* &c. Atque hinc eſt: quod maritus ſuæ dicat uxori, *Quid agis dulciſſima rerum*: illa merito: *dulciſſima*

...m; quia, ut postea magis patebit, res ipsa, seu vocum sensus potius respicitur, quam ipsarum Accidentia.

2 Si vox sit Heteroclita, in genere non conveniunt: *Infimum cœlorum lunam continet*, quia est hoc *cœlum*, hi *cœli*

3 Discordant etiam genere, ubi adjectivum partitivum præcedens respicit: *Leo fortissimus bestiarum ad nullius pavebit occursum*: Hinc dicas. *Leo fortissimus animalium*, aut *fortissimum*: hic subsequens, illic præcedens respicit.

4 Adverbia superlativi gradus genitivum etiam pluralem postulant: *omnium dulcissime canit philomela. lynces clarissime omnium quadrupedum cernunt*. Plin.

Annot.

1 Hi genitivi ab adjectivis non reguntur, sed a substantivo suppresso. *Virgilius optimus poeta poetarum*, &c. Ideoque dicimus, *Infimum cœlorum*, quia supprimitur cœlum.

2 *Alter, uter, neuter*, et comparativus gradus de duobus dicuntur, *alter oculorum utra manuum: neuter pedum*, ut equi intelligas pedes, non hominis. *Petrus major est natu*: si duo intelligas fratres, &c.

3 *Quis, alius, aliquis, nullus* et superlativus gradus de pluribus: *Quis horum doctissimus*? modo plures sint duobus: *Nulla tuarum, audita mihi, neque visa sororum*. Virg. &c.

4 Aliter hasce phrases sic efferunt: *nulla tuarum sororum*, vel *nulla inter tuas sorores*, aut, *ex* vel *de tuis sororibus*, &c.

5 Diligenter notandum hæc adjectiva debere semper esse vere partitiva; hoc est, ejusdem naturæ et conditionis cum substantivis, quæ regere dicuntur: hinc dicendum non est. *Leo est fortissimus hominum*, quia leo ejusdem cum homine naturæ non est, nec, *Hector fuit fortissimus Græcorum*, aut *Vallas Anglorum*, quia hic Anglus, ille Græcus non fuit: dicendum ergo, *Hector fortior quovis Græco*, de quo Reg, Abla.

Mobile vel verbum, queis copia, sicut egestas.
Innuitur, patrium aut sextum plerunque requirunt.

Adjectiva vel verba copiam aut egestatem significantia Genitivum vel ablativum exigunt.

Quam dives pecoris nivei quam lactis abundans, Virg.
Dives agris, dives positis in fœnore nummis, Hor,
O curvæ in terras animæ et cœlestium inanes, Pers.
Fœcunda virorum paupertas fugitur, Luc.
Amor et mollis et felle fœcundissimus, Plaut,
Quasi tu hujus indigeas patris, Ter,

Sed multo ſæpius cum ablativo, *indigeo nummo*, &c. *abundat vel affluit divitiis*, raro admodum cum genitivo legas. Neſcio, an his jungam, *Potior regni* vel *regno*: de quo poſtea, Regim ablat.

Annot.

1 *Deſpauterius* inter reliqua hujus regulæ verba ponit *Careo*. nullum tamen adducit exemplum, nec; quoad ſciam, peteſt, ubi Genitivum regat, habet quidem Ter. *Carendum* cum genitivo; *Præterquam tui carendum quod erat*. Apud Plaut. cum accuſativo legas; *Id, quod amo, careo*.

2 Ablativum ſæpius regunt hæc et alia. *Orbus, orbatus, truncus, viduus, vacuus, contentus, dignus, indignus*, &c. Contra hæc genitivum ſæpius, *Sterilis*; *expers, inanis*, cum quibuſdam aliis, quæ uſu diſcas.

3 In hac regula habet *Deſpauterius* nonnulla Verba animi affectum denotantia, quæ ait genitivum vel ablativum regere, ut, *Crucior animi*, vel *animo*, &c. *Crucior animi, dolore animi*. ait *Sciopius*. dicimus etiam, *Crucior animum*, per ſynecdochen, ut aiunt, de quo poſtea. Dic ducfac

Dic *Satago rerum*: 1 *Miſereſco* cum *Miſereritur*
Dant Patrium: *Miſeror* cum quarto jungere oportet
Vult patrium aut quartum *Faſtidio*, ſed mage quartum
2 *In* ſacris *Dominor* patrium dabit, *Auxiliorque*
Aſt alibi ſemper cum terno jungier optantur
3 Grammaticæ leges plerunque Eccleſia ſpernitur
Tu vivendo bonos, ſcribendo ſequare peritos.

Satago regit Genitivum *Rerum*: *Is ſuarum rerum ſatagit*, ſecundum illud Plauti. *Nunc agitas tute ſat tuarum rerum*. 1 *Miſereor* ſecundæ. *Miſereſco* tertiæ Genitivum, *miſeror* primæ conjugationis accuſativum poſtulat: *Nil noſtri miſerere*, Virg. *Arcadii, quæſo, miſereſcite Regis*, Id. *ſortem miſeratur iniquam*, Id. 2 *Dominor* et *auxilior* apud ſacros ſcriptores cum Genitivo reperies, ſed apud Latinos ſemper cum Dativo: *Quis Dominatur tuis in diis, Domine?* Hier. *In die ſalutis auxiliatus ſum tui*, in Eſaia. *Sapiens dominabitur aſtris*. Virg. *Vitiis Dominabitur Argis*. Id, *Pius miſeris auxiliatur*. Reperies *Dominor*, cum præpoſitione, *Dominatur in ſuos* Cic, *Fortuna in omni re Dominatur*, Sal. 3 ſi recte et juſte vivere velis, ſanctos et probos imitare, ſin venuſte ſcribere et loqui cupias, doctos, licet ipſo *Neronne* flagitiis magis addictos, ſectare.

Accuso, Damno, Laudo, contraria junge,
Criminis, aut pœnæ, vel laudis habento secundum,
Aut sextum; 1 sed *Valla* dedit tantummodo Sextis
Altero et *ambobus, neutro* vel *utro* vel *utroque.*

Verba accusandi, damnandi, monendi et similia, item contraria excusandi, absolvendi, *&c.* regunt crimen, pœnam, laudem, aut vituperium in Genitivo, aut ablativo: *Accuso te furti* vel *furto. Qui alterum incusat probri, sespsum intueri oportet,* Plaut. *si horum insimulabis avaritiæ, male audies,* Ter, *Capite damnatos morte multavit,* Cic. *Damnatus longi Sisyphus laboris,* Hor. *absolutus parricidii* vel *parricidio,* &c. 1 *Altero, ambobus,* &c. in ablativo solum ponuntur. *Utro accusatus es? furti, an homicidii? Neutro,* vel *ambobus,* respondeas.

Annot.

Complures viri doctissimi negant hosce Genitivos aut ablativos ab istis Verbis aut Participiis regi; sed a substantivo, aut præpositione subintellecta: Accusat me furti, sc. de crimine furti, &c. Hinc *Sciopius* secundam Grammaticæ partem ad paucas reducit Regulas, quem nos in plerisque libentissime amplecteremur, nisi communis Grammaticorum turba obstaret. *Inertiam accusat adolescentem,* Cic. sc. *ob* vel *propter inertiam* Ubique fere locum habet Eclipsis, de qua suo loco.

Æstimo, curo, puto, facio cum *consulo, duco.*
Pendo, habeo, pluris, tanti, quanti, atque *minoris,*
Adsciscunt patrios, cum *multi, plurimi,* et *aqui,*
Et *parvi, nihili, nauci, floccique, bonique.*
Magni, infiniti, majoris, maximi et *assis,*
Et *Minimi,* 1 Quædam liceat bene ponere sexto.

Tanti te facio, quanti alium neminem: magni penditur nobilitas, parvi probitas. Flocci te pendo. Nauci vel *nihili te habeo. Quid de me fiat, parvi curas,* Ter. *Æqui bonique consulo,* i, e. in bonam partem accipio. 1 *data magno æstimat, accepta parvo,* Sen, *Æstimo te assis* vel *asse.* Hisce omnibus subjungas illud Terentii. *Non hujus te facio,* ostenso flocco, aut re aliqua nihili.

Refert, Inter et *est, Est* signans commoditatem,
Officiumve, petit quosvis patrios, nisi, septem.
Refert inter et *est nostrâque meâque referto*
reliquis. Capiet *cujæ* vel *cujus* utrumque,

Eſt noſtrum, veſtrumque, meumque, tuumque, ſuumque.

Hæc tria verba, *Refert. intereſt*, et *eſt*, alicujus commodum vel officium denotantia quosvis regunt Genitivos præter ſeptem *Mei, tui, ſui, noſtri, veſtri, noſtrum veſtrum* primitivæ ſpeciei, ſc, ab, *Ego*, Tu. &c. *Refert uxoris ſcire, quid rerum agat maritus: intereſt omnium recte agere*, Cic, *Adoleſcentis eſt majores natu vereri*, Id. *Regis eſt punire rebelles*, &c.

Mea, tua, ſua noſtra, veſtra in ablativo ponuntur cum *Refert* et *intereſt*. at *meum, tuum, ſuum, noſtrum, veſtrum*, cum *Eſt* in Nominativo vel accuſativo, ut conſtructio patitur, *Tuâ quod nihil refert, percontari deſinas. meâ iſtuc nihil refert. Veſtrâ intereſt, qui patres eſſis.* Ter. *Frater ſuâ intereſſe* ait. *Noſtrum, veſtrum, eſt iſtud agere: dixit ſuum eſſe primo reſpondere*, &c.

Dicas, *cujus* vel *cujâ refert eujus* à nominativo *Quis*: *Cujâ* a Nominativo *Cujus, a, um.*

Annot.

1 *Hi* Genitivi a Verbis regi non videntur: *Regis eſt punire rebelles*, ſc: *officium. Meâ intereſt, cauſâ* ſc. vel *gratiâ. Hinc Plautus, Iſtuc mea nihil refert, tua refert gratia.*

2 Quid de hiſce et ſimilibus dicam, vix habeo: *Moris fuit apud Romanos, Scotos*, &c. *Quod recta ſector, muneris eſt tui*, Buch: pſ: 26: Vulgo reſpondent *Eſt* pro *pertinere* regit Genitivum.

3 Ne dicas, *Intereſt* aut *refert pluris, multi, plurimi*, &c. *ſed plus, multum*, &c. Quæ quidam adverbia eſſe volunt, Nos Nomina ſtatuimus. idque in accuſativo, de quo ſuo loco.

4 Si cum hiſce adjectivis exprimas ſubſtantivum, ponas utrumque in ablativo. *Parvo diſcrimine refert, quo geſtu lepores, et quo gallina jecetur*, Juv.

Poenitet, et *tædet miſeret, pudet*, et *piget* optant. Accuſativum patientem cum Genitivo.

Poenitet me peccati: piget aut *tædet me vitæ: culpæ me pudet: fratris tui me miſeret.*

Annot.

1 *Panitet me peccati*, vel *peccaſſe*, *Me vitæ tædet*, vel *vivere me tædet*, Sic compoſita, *Matrimonii pertædebat*, Col *Dispudet me tui.*

2 Videntur hæc verba impersonalia: apud Ter. tamen, *Nonne te iſtuc pudet? Non te hæc pudent?* Id. *Miſeret me hominis*: quidam ſubintelligi volunt *Pœna* vel *conditio.*

Pauca recordandi patriuum, quartumque requirunt. Ut *memini*, *memoror*: Sic *obliviſcor* habetur.

Verba recordandi vel obliviſcendi Genitivum vel accuſativum regunt: *Memini illius diei*, vel *illum diem*: *obliti ſalutis meæ de liberis veſtris cogitate*, Cic, *Reminiſcor beneficium*, Vel *beneficii*.

Annot.

1 *Meminiſſe aliquem* vel *alicujus* eſt aliquem in memoria habere: *meminiſſe de aliquo*, vel *aliquem*, eſt de aliquo mentionem facere, ſeu loqui.

2 In hac et ſimilibus phraſibus, *Venit mihi in mentem illius diei*: vel. ut volunt *Sanctius*, *Sciopius*, alijque viri doctiſſimi, ſupprimitur *recordatio*, aut memoria: vel, *Venit mihi in mentem* ponitur pro *Memini*. ut vult D, Alex. Humius, vir eruditiſſimus: *Quicquid*, inquit, *in viccm verbi venit, caſum adſumit in cujus vicem venit*. Per nos, utrum libet, eligas: hunc, inquam, vel illos ſectare.

Temporis atque loci, quantiq; adverbia quædam Exoptant patrium. Dic, *venimus illius ergo.*

1 Temporis: *tunc temporis*: *pridie illius diei*: *poſtridie abſolutionis*, &c.

2 Loci: *Ubi gentium? nuſquam locorum*: *eo diſcordiæ ventum eſt*.

3 Quantitatis: *ſatis vini, lactis, verborum*: *parum ſapientiæ*: *nimium loci*, &c, *Habeo nimium loci*: *Nimium* Nomen potius quam adverbium videtur.

4 *Illius ergo*, i, e. *Illius gratiâ* vel *cauſa*: ſunt, qui Ergo Nomen volunt, a Græca voce ἔργον in ablativo *Ergo*.

Quæ in hoc omiſſa ſunt Regimine, alibi reperies.

Dativi Regimen.

Fixa dabunt tertium, ſubſtantivo mediante Verbo; qnod per *habet* contingit Sæpe reſolvi.

Mihi liber eſt; *tibi pecunia*, i, e, Ego librum, tu pecuniam habes. *An neſcis longas regibus eſſe manus*? Ovid.

Annot.

1 Dicas etiam, *Mihi bene eſt*, i, e. *bene me habeo*: ſeu *bene valeo*.

2 Hic Dativus non a ſubſtantivo, ſed a verbo regitur: omne enim verbum habens relationem ad aliquid dativum regere potest

ut in datis exemplis cum infinitis aliis videre est; et cur, quæso frustra multiplicandæ Regulæ?

Ternum pro quarto aut sexto cum præposituris
Ponimus: *It clamor cælo*; pro more poetæ.
Cur tibi despicior? nunc omnibus itur ad aurum.

Vulgare est apud poetas poni dativum pro Accusativo cum præpositione *Ad*; aut pro ablativo cum a vel *ab*, *It clamor cælo*, vel *ad cælum*: *Nec cernitur ulli*, pro *ab ullo*. &c.

Sunt quædam geminos verba admittentia ternos.

Nonnulla verba duos regunt diversos Dativos, idque eleganter: *Filius tuus est mihi curæ*: i, e. *tuum curo filium*. *Estis nobis impedimento, auxilio, præsidio*, &c. *Parentibus est dedecori*, i. e. adfertiis dedecus: *Vertitur* vel *datur mihi vitio*. i, e. culpa in me transfertur; vel me culpant. *Quod aliis vitio vertis, ne tibi laudi duxeris*. *Dedit mihi librum pignori*, &c.

Acquisitivè si ponas verba, Dativum
His dato. Communis ferme omnibus esto Dativus.

Quod libet verbum *acquisitive* positum, id est, quod in personæ vel rei alicujus bonum vel malum cedit, dativum regere potest. Si inquam, commodum vel damnum, honorem vel vituperium ulli rei adferat, dativum regit, quod omni fere verbo quadrat. *Tibi aras, tibi seris, tibi occas, tibi metis*, Plaut. i, e. omnia in tuum ipsius commodum facis *Mihi nec seritur, nec metitur*, Id. *Siquid peccat filius, mihi peccat*, Ter, i, e. in meum damnum cedit. *Malefacito nemini: benefacito omnibus. cede majori: parce minori: spero hæc mihi profore Cuivis dolori remedium est patentia*, *Conserva mihi hunc librum*. *Dicas mihi verum: narra nobis historiam aliquam: non omnibus dormio*. &c.

Annot.

1 Nulla ex cogitari potest Regula, quæ verborum cum dativo Regimen sufficienter exprimat, ita ut coactus fuerit *Despauterius* hanc subjungere, quæ ne regulæ quidem umbram habet.

Multa regunt ternum; quibus haud est regula certa.

2 *Cano receptui*, i, e. ut milites a pugna se recipiant: *cano progressui*, ut ad pugnam progrediantur. *suo hunc sibi jugulo gladio*. Ter *sibi* Dativus est prorsus otiosus, nihil significans quem verbis adjungi festivitatis tantum gratiâ volunt, Sic *Mihi* apud Horatium. *Quid mihi celsus agit?* et apud Cic. *Hic sibi etiam Gloriatur*,

3 Ut tamen, aliqua ex [illegible], medeamur malo, has pauc verborum classes Dativum p[illegible]mque regentium, offerimus,

1 Auxiliandi verba: *auxiliare mihi: tuo medebor morbo: Succurre miseris*; &c, At *juvo* Accusativum regit, *Fortes fortuna juvat:*

2 Favendi *Fave bonis: tibi gratulor, mihi gaudeo.*

3 Obediendi: *Pare Deo: morem gere Praeceptori militi dicto non erant audientes*: i, e. imperio non parebant.

4 Nocendi: *noceto nemini*, &c, at. *lede neminem.*

5 Ignoscendi: *Parce mihi*: *condono tibi*, &c,

6 Adulandi: *blanditur suis vitiis impius.*

7 Repugnandi: *irascor tibi*; &c.

Multa petunt ternum, quæ constant peæposituris,
Scilicet *Ante*, *sub*, *in*, *post*, *præ*, *super*, *inter*, *ad*, *ob*, *con*
Horum nonnullis recte quoque quartus adhæret.

Ante: *amicitia omnibus rebus anteponatur. Iniquissimam pacem justissimo bello anteferrem*, Cic, At *anteeo*, *antecello*, *antece* Accusativum vel Dativum exigunt, *Virtus omnibus rebus ante* Plaut, *Et cum omnes gloriâ anteiret*, Sal. *antecellit omnes* vel *o nibus*; &c.

Sub: *Meo subesses imperio, Nostris succede penatibu hospes.* Virg.

In: *Insidet equo, curru, saxo*, &c, *Immoritur studijs: Inmitis arundini: corporibus animæ inhærent*; &c. Cum accusativo gas *incessit mœstitia animos*, Liv:

Post: *postponit pecuniam famæ, posthabui tamen illorum m seria ludo.*

Præ: *præibo tibi: præripuit mihi librum: Ego meis majorib virtute meâ præluxi*, Cic, &c. *præcurro*, *præcedo*, *præve* Accusativum sæpius habent: Ne *lingua præcurrat me tem*, &c.

Super: *Parentes suis liberis sæpe superjunt*, vel *superv vunt*; i, e, mortuis liberis, illi vivunt. *supersse labori*, i, vincere laborem.

Inter. *Interesse sacra concioni. Intermisce vera falsis, lup intervenit fabulæ*, i, e. Is, de quo fiebat sermo, supervenit.

Ad. *adstat mihi*: *accumbit regi. arridet nobis*: *admovet m num opera* &c.

Ob: *Nocturnum studium saluti obest*: *Favor offu judicia.*

Con. *Parvis componere magna solemus*, Virg, *Collidere*

1 Si quis te roget regulam, cur *Obest* in hac phrasi Dativum regat, *Nimium cibi obest saluti*, Respondeas, *Verbum acquisitivo positum Dativum regit*: vel, *Verba nocendi*; aut, *Composita ex Ob Dativum exigunt*: De similibus simile sit judicium.

2 Complura alia sunt verba, ex hisce Præpositionibus composita, quæ accusativum aut ablativum regunt, ut in sequente regimen patebit: ut, *Adire scholam*, *templum*, &c. non, *schola templo inest ore, ori, vel in ore*, &c.

Hæc casum ternum semper sibi verba requirunt,
Evenit et *præstat*. *restatque*, *vacatque*. *licetque*,
Sufficit, et *constat*. simul *expedit*, et *liquet*, atque
Stat, *libet*, atque *placet*, cum *convenit*, *accidit*, illis
Apparet, *confert*, *contingit*, cum *dolet* addas.
Sed sperunt normam, *spectat* cum *pertinet*, atque
Attinet: hic quartum sibi præpositura requirit.
Scilicet, *ille liber*, tu dicito, *pertinet ad me*.

Cui nasci contingit, *mori restat*, Sen: *Non vacat exiguis rebus adesse Iovi*: Ovid, *peccare licet nemini*, Cic. &c.

1 *Attinet*, *pertinet*, et *spectat* Dativum nunquam regunt sed accusativum cum præpositione Ad, *hic liber pertinet ad præceptorem*: *paries ille spectat ad orientem solem*.

Annot.

Pleraque ex hisce verbis Dativum exigunt; vel vi compositionis. ut in præcedente regula dictum, vel quia ponuntur acquisitive, ut etiam superius traditum.

Adjectiva, quibus signabitur utilitasve,
Aut Damnum, 1 vulgo casum poscunt sibi ternum.

Utilitas: *benignus omnibus*: *fidus amicis*: *gratus cuique*, *utilis reipublicæ*; *aptus armis*; &c.

Damnum: *molestus omnibus*: *perniciosus patriæ*: *obnoxius saluti*: *infestus hostibus*: *gravis stomacho*: *ingratus auribus*, &c.

1 Dixi *vulgo*, quia interdum aliter construi reperies; *aptus armis*, vel *ad arma*, *Idoneus nulli rei*, vel *ad nullam rem*, &c.

Annot.

Nescio, an hi Dativi ab adjectis regi dicenda sint: *sonus iste auribus ingratus est*: Verbum *est* acquisive hic ponitur

...oque Dativum regere poteſt, de cæteris idem judicium.

Ex adjectivis, quæ ternum jure requirunt, Derivata leges conſtructa Adverbia terno.

Quædam Adverbia, ab Adjectivis dativum regentibus deducta, dativum et ipſa regunt. Superius dictum, *Utilis, Similis, convenions*, &c. Regere dativum: hinc *Utiliter, ſimiliter, convenienter, congruenter*, eundem caſum regere poſſunt: *Petrus facit ſibi inutiliter, non vivit conveniente naturæ*, &c. Hinc *Obviam* Adverbium (ut volunt) Dativum regit, quia *Obvius, a, um, regit*, *Parentes tui facti ſunt mihi obviam*: vel, *fiebant mihi obvii*.

Annot.

Idem, qui in præcedente Regula, recurrit Scrupulus, num ſc. hic Dativus ab Adverbio, an a verbo regatur. *Petrus facit inutiliter ſibi*; hoc eſt, facit in ſuum incommodum: *Facit* itaque *acquiſitive* ponitur; ergo regit Dativum *Acquiſitive ſi ponas verba*, &c. Inquit Dep. Parum refert hoc, an illud dicas: Commenta ſunt tantum humana, docendi gratiâ: et utrum cunque aſſeras, eodem res redibit, *Hoc* ſolummodo hic monemus; adverbia non unam vocem ſed totam potius orationem afficere, prout ante docuimus, dum de hiſce phraſibus. *Vix vir Sat citò*, &c. ageremus ad finem Concordantiarum. Nec ulli reſpondendum eſt quæſtioni, quæ vel ad primam vel ſecundam pertinet partem, donec integram præ oculis habeas orationem; præſertim Nomen et verbum, quæ illius partes ſunt eſſentiales; ſine quibus eſſe nequit.

Obſervationes in variam Verborum Conſtructionem.

Ut tandem, ſpinoſo huic Regimini, colophonem addamus, has paucas in variam verborum conſtructionem viſum eſt ſubjungere obſervationes: Quæ etiam in regularum vicem ſubeant. Verba autem varie conſtruuntur, tum in eadem, tum diverſa ſignificatione.

Verba in eadem Significatione varie conſtructa.

Donare alicui enſem: vel, *aliquem enſe*.
Impertire alicui ſalutem, vel *aliquem ſalute*.
Conſentire alicui, vel *cum aliquo*.
Diſſentire alicui, vel *ab aliquo*.
Moderari affectui, vel *affectum*.
Medicari morbo vel *morbum*.
Interdicere alicui ſuâ domo, vel *ſuam domum*.

Latere alicui, vel *aliquem*.
Induo patri vestem, vel *patrem veste*.
Exuo mihi vestem, vel *me veste*.
Celo patrem de re: *patri rem*: *a patre rem*: *patrem rem*.

Notandum, pleraque ex hisce et similibus verbis unum casum sæpius, alium ratius regere. *Interdico tibi domo mea*, sæpe, *meam domum*, raro, *Celo patrem hanc rem*. raro; *de hac re*, sæpius: vel, *hanc rem a patre*, *a superis celate diem*, Luc. *Latet mihi*; vel *me*, indifferenter dicas.

Verba in diversa Significatione varie constructa.

Animadvertere aliquid, est aliquid observare.
Animadvertere in aliquem, est aliquem punire.
Auscultare patri; obedire patri.
Auscultare patrem. ; atrem audire.
Cavet sibi, prospicit sibi.
Cavet periculum. vitat periculum.
Cedere alicui, locum dare alicui.
Cedere jure suo, decedere, vel discedere de jure.
Consulere alicui, consilium dare alicui.
Consulere aliquem, consilium petere ab aliquo.
Consulere, *honori*, *famæ*, est iis providere.
Consulere in communi, propter bonum commune.
Consulere boni; in bonam patrem accipere.
Contingit mihi, accidit mihi.
Contingit me, tangit me.
Convenit mihi cum illo, consentio cum illo.
Convenit hoc mihi, conveniens est mihi.
Conveniam hominem; alloquar hominem.
Do tibi literas, ut ad aliam feras.
Do ad te literas, mitto ad te.
Imposuit mihi, me fefellit.
Imposuit mihi onus, superposuit mihi onus,
Metuo alicui, ut amico meo: ne quid mali illi accidat.
Metuo aliquem, ut inimicum, ne mihi noceat.
Metuo ab aliquo, idem metui ab Chrysde, Ter.
Præstat alicui fidem; promissum servare,
Præstate virum, virum te exhibe.
Præsta mihi cultrum, da mihi cultrum.
Prospicere alicui, alicui providere.
Prospicere aliquem, e longinquo aliquem videre.
Referre alicui, narrare alicui.

Solvere alicui, ſatisfacere, vel debitum ſolvere,
Solvere aliquem, liberare aliquem a vinculis.
Sufficere alicui, ſatis eſſe alicui,
Sufficere alicui arma: Subminiſtrare arma.
Sufficere aliquem, in locum alterius aliquem ſubſtituere,
Vaco ſtudiis, operam do ſtudiis, ſtudendi occaſionem habeo,
Vaco à ſtudiis, ceſſo a ſtudiis, non ſtudeo.
Vaco culpâ, ſum liber a culpa,

Longum eſſet ſingula verba, varie conſtructa, ſic percurrere, *Providere rei frumentariæ*, *rem frumentariam*, *de re frumentaria*, Cæſ, *Pugnare pugnam*, Plaut. *prælium*, Hor. *cum hoſte*, *contra hoſtem*, *de re aliqua*. *pro re aliqua incumbere ſtudiis*, *in ſtudia*, *ad ſtudia*. *Diſſentire alicui*, *cum aliquo*, *ab aliquo*, *de aliquare*, cum innumeris aliis. quæ ſubminiſtrabit diligens auctorum lectio, et obſervatio.

Poſtremo notandum, verba ſynonyma, i, e. Verba idem ſignificantia diverſos ſæpe regere caſus: *Auxilior tibi*, *juvo te*: *Noceo nemini*, *lædo neminem*, &c.

Regimen Accuſativi.

Activum verbum poſt ſe quartum retinebit;
Aut aliquid poſitum pro quarto forte videbis.

Cole deum: *ama parentes*: *reverere bonos*, *imitare probos*: *oſculare matrem*: *ne ſumptus ſuperet cenſum*. &c.

Aliquid pro Accuſativo; *Credo*, vel *novi*, *Deum eſſe omnipotentem*, aut *quod Deus ſit omnipotens*. *Scin*, *ubi ſit frater meus*? *Noſtin*, *quota ſit hora*? *Quo me vertam*, *neſcio*. *non habeo*; *quid agam*, &c, In his et ſimilibus tota phraſis accuſativi vicem ſupplet. At hic unica vox materialiter ſumpta, *Declina penna*, *ſyllabica etiam penna* et *Etiam* tanquam accuſativi ponuntur. Aſt in his, *Habemus ſatis vini*, *ſatis lactis*, &c. *Satis*. i, e, copiam vel juſtam ſeu æquam copiam vini; &c,

Annot.

1 Intelligendum hic verbum cujuſcunque generis activum, *amo* activum eſt, ut vulgo loquuntur, et terminatione et ſignificatione; *imitor*, *oſculor* ſolâ ſignificatione, de quibus fuſius jam in prima parte.

2 Superius dictum Regim. Dat, nonnulla activa verba dativum regere, *Noceo nemini*, *cano progreſſui*, *receptui*, &c. Et poſtea dicetur, *Fungi* cum aliis ablativum poſt ſe habere: et certe, *Petrus fungitur officio*, æque activum eſt, ac *Faciat officium*, et, *Noceto nemini*, ac *Ladito Neminem*.

Quartum neutra regunt, active sumpta, frequenter.

Verba neutra pro activis posita, accusativum regunt, quod poetis præcipue familiare est: *Quem hic manes?* pro *Expectas*, Ter. *Coridon ardebat Alexin*, pro *Vehementer amabat*, Virg. *Si prandere tet olus*, pro *comederet*, Hor. *Pectus sapientiam sitiat*, pro *avide expetat*, Lactant.

Interdum videas neutrum sibi poscere quartum.

Præcipue affinis cum verbo significati.

Quædam verba nunc neutra, nunc activa videntur, *Quo fugis?* Virg. *nec quenquam fugio*, Id. hic activum, illic neutrum appelles, Idem et hic dicendum, *Petrus ridet, ridet Joannem*, &c.

Acc. affinis, seu cognatæ significationis, *Eo iter: curro cursum: vivo vitam*, &c. hic addi solet adjectivum aliquod, *Longum eo iter: jucundam vivo* (potius *ago*) vitam &c, cognatæ significationis dicuntur et hi accusativi, *Olet hireum, crepat vinum: Bacchanalia vivunt*, i, e, admodum laute, seu more Bacchi, &c.

Non raro in accusativo vel ablativo efferas. *Rectam ivit viam*, vel, *recta via*: *subitam obiit mortem*, vel *subitâ morte*, &c.

Ad hanc regulam. si ad ullam, referas hujusmodi loquendi formulam, *Petrus it infectas, ibit infectas*, i, e. negat, negabit &c.

Accusativum *Quanti* verbum omne requirit.

Quod libet verbum, i. e. activum, neutrum, &c, potest regere accusativum *Quanti* seu *Quantitatis*. *multum tremo: plurimum refert*: *Nil miror, homo homini quid* præstat Ter, *Quid* i. e, *quantum*.

Verum hac tantum alias inter caput extulit urbes.
Quantum lenta solent inter viburna cupressi, Virg,

Tantum et *quantum* accusativi sunt quantitatis.

Annot

1 Hinc observa, activa verba duos posse regere accusativos unum quantitatis. alterum. qua verba sunt activa: *Multum vos amo*, &c. Neutra unicum tantum. sc. quantitatis: *Multum sudo*. &c. Vulgo docetur, *multum, plurimum*. et similia in hujusmodi phrasibus esse adverbia.

2 Apud Cæsarem et alios hujusmodi leges phrases, *Magnam partem lacte et carne vivunt*, De Britannis *Sterss magnam par-*

rem in his partiendis occupati sunt, Cic, Magnam partem Accusativum statuas quantitatis; vel Græcismus sit per Regulam sequentem.

A verbis quartum Græcorum more videbis.

Apud poetas verba, præcipue Neutra, et passiva accusativum Græcorum more. vulgo regunt: *Petrus rubet faciem* vel *facie vulneratur caput, truncatus est brachium*, &c. De quo jam dictum Regim. Gem. De quo etiam postea dicetur; cum de figuris agemus.

Hisce addas, ubi adiectivum neutri generis ponitur, ut volunt, pro adverbio. *Altum dormire*, aut *sapere*; pro *alte*. *Acutum cernere*; pro *acute*. *Horrendum sonuere*: *Sole recens nato*, &c.

Compositum verbum non raro Præposituræ Admittit casum, seu quartum sive latinum.

1 Sæpe tamen docti repetunt bene præposituram.

Verba composita ex præpositione frequenter regunt præpositionis casum; Accusativum, vel Ablativum,

Acc. *Adeamus scholam*, *Templum*. *Discipuli circumstant magistrum*. *Milites transeunt flumen*, *pontem*. *alloquere præceptorem*, &c.

Abl, *Omni spe decidit*: *abdicavit se Magistratu*: *Domo aut ædibus ejectus fuit*: *exivit domo*, et. aliquando, *Domum*, *quia e Ex*, et *extra* in compositione idem plerumque valent.

1 In multis reperitur præpositio, i, e. et verbo et casui præponitur. *Adeamus ad Scholam*: *Inest in ore*. *Exivit ex urbe*. &c,

Observes verba activa duos hic regere casus; unum, vi præpositionis; alterum, qua verbum activum: *Trajecit copias Iberum*, Liv, *Orabant*, *ut exercitum Rhenum transportaret*; Cæs, *Rhenum* post *Trans*, *Exercitum* post *portaret*.

Annot.

Ut in verbis, *Adeamus ad Scholam* non plus significatur quam *Adeamus Scholam*; vel *Eamus ad scholam*. pariter in Nominibus, *Parvum opusculum*, *parvus libellus*, &c. Idem valent, quod *Parvum opus*, aut *opusculum*, &c, Modestiæ tamen gratia, sæpe hac uti solemus loquendi forma **Accipies igitur hoc parvum opusculum**, Gic,

Verba subauditam sibi propter Præposituram.

Vel quartum caſum cupiunt, vel, rite latinum.

Multa verba accuſativum vel ablativum, propter ſubintellectam præpoſitionem, admittunt.

Accuſ. *Plorat vel luget mortem patris: Doleo vicem, caſum, injuriam alicujus.* Apud Cic. *lugere occaſum, interitum, fortunam Reipublicæ. Si pater id ſuccenſeat.* Ter, ſc. *ob id*; vel *propter id. Nunc id prodeo*, Id. ſine dubio *ob* vel *propter id. Italiam, Lavinaque venit littora: devenere locos*; Virg. ſup. *Ad. Et* vulgare eſt, *Tertio idus, Nonas*, ſup. *ante* &c.

Abl. *Cedere Cauſa*; ſc, *de cauſa. Pejori res loco non poteſt eſſe, quam in quo nunc eſt ſita.* Ter. ſc *In locó, Fortes creantur fortibus*, Hor. *de* vel *ex fortibus. Mors ſumma miſcet infimis*; Sic, *mutat quadrata rotundis*, Hor. &c. ſed hæc et ſimilia ad Figuram Eclipſim referas, de qua ſuo loco.

Quædam verba duos varios quartos ſibi jungunt,
Nempe *Rogo* et *Doceo*; queis tu conformia jungas.
1 Sed paſſiva regunt unum tantummodo quartum.
2 Aſt aliter videas conſtructa hæc verba frequenter
Supplico dat ternum ſemper: *Tibi ſupplicat Irus.*

Verba Rogandi et docendi duos varios Accuſativos regunt.

Rogandi: Hoc te unum rogo; Ter. *ſine, te hoc exorem, Id Poſco Deum veniam. Pacem te poſcimus omnes*, Virg. *Illi me frumentum flagitabant.* Cic. *Pete veniam præceptorem*, &c.

Docendi: *Doceo te Grammaticam; dedocebo te iſtos mores: illud te moneo: eam rem locus nos admonuit.* Cic.

1 *Horum* paſſiva regunt Accuſativum rei. Quia dicimus, *rogo Catonem ſententiam*, ergo *Cato rogatur ſententiam. Præceptor docet diſcipulos Grammaticam*; *diſcipuli docentur Grammaticam. Nec ea, quæ monemur, audimus*, Cic. *doctus iter melius*, Hor. Vides accuſativum perſonæ mutari in Nominativum. *Doceo te poeſin*; *tu doceris poeſin.*

2 Sæpiſſime aliter verba rogandi et docendi conſtrui videas; *Pete* vel *poſce veniam a præceptore*, melius quam, *præceptorem: Ego te de iisdem rebus interrogabo*, Cic. *Senatum edocet de itinere hoſtium*, Sal. *Inſtitue, inſtrue, imbue, liberos ingenuas artes*, raro dicendum; *ingenuis artibus*, ſæpe. at, *doceo diſcipulos Grammaticâ, poeſi*, nequaquam, *de Grammatica* rariſſime reperies.

Quæ omnia uſu potius, quam præceptis obſervantur, diſcuntur.

3 *Supplico* dativum ſemper regit; *Ipſum hunc orabo, hunc ſupplicabo*, Ter. Sed hoc fit, quia componitur ex *ſub* et *plico* de quo jam dictum.

Annot.

1 Quodlibet verbum duos regere poteſt Accuſativos, eandem rem ſignificantes, *Præſta te virum. Vocat me magiſtrum. facias te arbitrum*, &c. Sed verba *rogandi* et *docendi* duos diverſos regunt Accuſativos.

2 Vulgo erratur in verbo *Diſco*: *diſcam te*, &c. Diſco regit Accuſativum rei, ſed non perſonæ: et reverâ idem fere eſt quod *Doceor: Diſco Grammaticam, Virgilium*, i. e. opera *Virgilii* ipſum *Virgilium*, ſi viveret, nequaquam dicendum.

3 Pauca alia ſunt verba duos admittentia Accuſativos; Ce *patrem arcana*, de quo regim. Dat. *Induo patrem veſtem*, rat admodum, vulgo *Patri veſtem*, vel *patrem veſte*, de quo etiam prius. Hujus paſſivum apud poetas Accuſativum regit. *Induitur galeam*; Virg. *Inutile ferrum cingitur*, Id. *Urbs cingitur mœnibus*, non, *mœnia*, dicendum.

Delectat, decet, atque *juvat* da quarto, *et oportet*

1 Cum paucis aliis, facilis quæ gloſſa docebit.

Hæc verba accuſativum cum infinitivo regunt: *Pueros decet eſſe verecundos. Multos delectat ludere: paucos juvat invigilare ſtudiis: Oportet me ire domum.*

1 *Præterit, fugit, fallit* eodem conſtruuntur modo: *Non fugit*, Cic. *Quam ſit difficile, te non fugit*, Id. *Sed te non præterit quam ſit difficile.* Id. *Nihil me fefellit*, Ter. *Nihil* Accuſativus quantitatis. Is, de quo loquitur, Nominativus ante *fefellit*. Nihil ergo hic peculiare.

Annot.

1 Aliter efferas, *Verecundia decet pueros*: *luſus multos, ſtudium paucos juvat.* &c.

2 Interdum more Græco cum dativo legas. *Quando ita tibi juvat, vale atque ſalve* Plaut *Quando id deceat Prudentia* Cic. *decet principi orbis terrarum*, Liv. *Ut vobis decet* Te Græcè, ὡς πρέπει ὑμῖν.

3 Impersonalia vulgo hæc habentur: *Sacerdotem decet* [illegible]

vivere, &c, at hic Personale, *Casta vita sacerdotem decet.* Per nos utrum libet eligas.

4 *Oportet* et quædam alia verba eleganter construuuntur cum Participio præteriti temporis: *Celatum et cum nullo communicatum oportuit.* Cic. *Non attactam oportuit.* i. e. eam attingere non oportuit, *Est aliquid, quod non oporteat, etiamsi liceat.* Quidam putant *Quod* hic esse nominativum ante *Oporteat*: Nos Accusativum post *Facere* suppressum statuimus. *Hoc ego tibi effectum dabo. Est, qui te conventum cupit. Istud te admonitum volo,* Cic. *Excusatum me habeas. Me missum facito. Istæc missa faciamus,* &c.

1 Ante volunt quartum Verba infinita 2 suorum
Post casum. 3 præ nulla supina, gerundia nulla
Dant casum, 4 Dabitur verbi post casus agentis.
5 Ni sit in u; post nil caput hoc; vult mobile præ se.
6 Post etiam sequitur sua participans bene verba
7 Nam regimen fit idem; si significatio par sit.

Infinitivus modus ante se habet Accusativum, *dicunt Regem advenire, Hominem parere Deo æquum est.* 2 Regit à tergo casum sui verbi: *Amo Deum,* ergo. *mea interest amare Deum,* &c. 3 Supina et gerundia nullum ante se habent casum, *Petrus ivit piscatum, ad piscandum,* &c, 4 Post se regunt sui verbi casum; *lego historiam,* ergo, *eo lectum,* vel, *ad legendum historiam,* &c. 5 Supinum in *u* nullum post se regit casum, ante se habet adjectivum, *Turpe dictu, mirabile visu,* &c. 6 Participium post se Verbi regit casum: *legô Cæsarem,* ergo, *legens, et lecturus Cæsarem: fungor officio,* ergo *Fungens, functus, functurus officeo,* &c. 7 Ubi eadem verba est significatio, idem et Regimen, *Osculor matrem.* ergo, *osculans, osculaturus matrem*: *Osculor a matre,* ergo, *osculandus et osculatus a matre.* &c, Hinc *Osculatus*; vel, qui dedit, vel recepit oscula: atque sic variatur Regimen. *Osculatus hic est matrem,* dedit matri oscula: *osculatus est a matre,* ab ea accepit: Variatur hic Regimen, quia variatur significatio.

Annot.

Superius dictum in Concordantia Verbi cum Nominativo, infinitivum nullum propriè ante se habere casum, frequenter quidem accusativum, sæpe dativum, interdum nullum, secundum

sc. naturam Verbi, unde regatur, *Dicunt regem advenare. Re advenare dicitur: Licet tibi evadere docto*, &c.

Permultis Verbis Infinitivus adhæret.

1 Mobilibusque etiam subjungi sæpius optat.

Cupio discere: vereor dicere, Cupidus discere: audax omni perpeti, gens humana ruit per vetiti nefas, Hor.

In *dum*, quod finit *Fuit, Est, Erit*, adjiciatur.

Quando necesse notat, ferme comitante Dativo.

1 Non raro videas postponi præpositurae.

Gerundium in *dum* Nominativi casus comitatur Verbum *Est, Fuit, erit*, cum Dativo, quum necessitatem aut officium alicujus denotat: *Moriendum est omnibus. Serviendum est nobis Deo. Equitandum erit mihi cras*, &c. Cum infinitivo *Esse* Accusativus est, *Tibi persuadeas pro certo esse moriendum*.

1. Ne *sis praceps ad loquendum: Inter cænandum hæc notavi*, &c.

In *di* adjectivis, aut junge gerundia fixis.

Gerundium in *di* regitur ab adjectivis aut substantivis: *Cupidus discendi, imperitus navigandi*, &c. *Tempus surgendi; cenandi, da veniam exeundi, spatium cogitandi*, &c,

Annot.

Da spatium cogitandi, Unum substantivum regit aliud in Genitivo: *Cupidus discendi*, Adjectivum verbale activé significans regit Genitivum, de quibus prius dictum.

2 In *do* præcedit *In, Ab, Ex, Cum, De* similesque:

1 Atque etiam dices, *Scribendo scribere disces.*

Ignavi a discendo esto deterrentur, De bene vivendo jam quo sito nulla movetur, Ovid. &c. 1 Sæpe sine ulla Præpositione videas, *Fabricando fimus fabri, defessus sum ludendo; legendo*, &c. Hic ablativus modi, instrumenti, &c. illic post, A, Ab, Ex, &c, de quo suo loco.

Annotationes.

In Gerundia et Gerundiva.

1 Gerundiorum quinque sunt casus: Nom. *dicendum est*, Gen: *discendi gratiâ*. Dat. *Vaco colendo agro*, sed hic rarior est. Ac

Acc. ad dicendum: Abl, *Diligenter ſtudendo linguam latinam aſſecutus ſum*:

2 Gerundium ſubſtantivum eſt neutri generis, tantumque ſingularis numeri, regitque ſui verbi caſum, ut ex jam allatis exemplis videre eſt.

3 Gerundivum, vel, ut aliis loqui placet, participiale in *Dus*, eſt adjectivum utriuſque numeri conveniens genere, numero et caſu cum illo ſubſtantivo, quod Gerundium regit.

Gerundium: *Emendum eſt mihi libros.*
Gerundivum: *Emendi ſunt mihi libri.*
Gerundium: *Legendo libros paratur eruditio.*
Gerundivum: *Legendis libris paratur eruditio.*
Gerundium: *Tempus audiendi concionem ſacram:*
Gerundivum: *Tempus audienda concionis ſacra.*
Gerundium: *Venio ad accipiendum pecuniam,*
Gerundivum: *Venio ad accipiendam pecuniam.*

4 Vulgo ornatius loquimur per gerundivum, quam per gerundium: *Scribenda eſt epiſtola*, ornatius, quam, *ſcribendum eſt epiſtolam*, &c. Vulgo, inquam non ſemper, Melius, *Petrus ad mercatum profectus eſt cauſa emendi equos*, per gerundium, quam, *cauſâ emendorum equorum*; per Gerundivum. at ſi dicas, *ad emendos equos* per gerundivum, melius, quam, *ad emendum equos* per gerundium, &c.

5 Gerundium et Gerundivum ſæpe coincidunt: *Scribendum eſt Thema*: per Gerundium. *Thema* Accuſativus eſt: per Gerundivum, Nominativus: *Scribendum* per Gerundium a *ſcribo*, per Gerundivum, a *ſcribor*. Gerundivum ſic reſolvitur, *Thema eſt ſcribendum*: Gerundium, *Scribendum eſt Thema*: Gerundium, hoc *ſcribendum*, ut. *Templum* ſine plurali: Gerundivum *Scribendus*, a, um. De cæteris hujuſmodi, idem judicium.

6 Gerundivo noli uti in verbis Accuſativum non regentibus: *Veni huc tui ſerviendi cauſa*; ne dicas, ſed, *tibi ſerviendi cauſa*.

7 Gerundium in *di* aliquando genitivum pro Accuſativo regit: *Tempus eſt videndi lunæ* pro *lunam*, *Ego ejus videndi cupidus*, *rectâ ſequor*. Ter. de virgine loquens. *Tale fuit principium generandi animalium*, Var. &c.

Ver-

Verbis, quæ motum signant, prius adde supinum.

Petrus ivit piscatum, pransum, &c. *Recepit se domum petitum chartam, librum,* &c.

Annot.

1 Postponitur etiam participiis: *mihi deambulatum eunti occurrit homo furiosus. Spectatum admissi risum teneatis amici,* Hor.

2 Motus hic interdum difficulter discernitur: *do filiam nuptum Coelium, non vapulatum conductus fui,* Ter.

3 Apud poetas infinitivus interdum pro supino ponitur: *Vultisne eamus visere.* Ter. *Dicere jus veniet,* Buch. pl. 1.

4 Varie efferuntur hujusmodi phrases, *Venio spectatum: Spectatum veniunt; veniunt spectentur ut ipsa,* Hor. item, *venio spectaturus, causa spectandi, ad spectandum, ut spectem,* &c.

Singulas loquendi formulas ex sequente tabula observes:

	Auditum concionem.	Vulgo,
	Ad audiendum concionem,	minus ornate.
	Ad audiendam concionem.	ornate,
	Gratiâ audiendi concionem,	bene,
Venio	*Gratiâ audiendi concionis,*	raro.
	Gratiâ audiendæ concionis.	bene.
	Auditurus Concionem.	bene,
	Ut audiam concionem,	bene.
	Audire concionem.	poetice.

5 Supinum in *um* nunquam variatur, *postquam audierat filiæ non datum iri uxorem,* Ter, *Novit Deus oculos vestros apertum iri,* Dialog, Sacr.

6 Futurum infinitivi in *Rum* interdum etiam manet invariatum, *Aruspices dixerunt omnia ex sententia processurum,* Valer. Ant pro *processura. Illi polliciti sunt sese facturum omnia,* Cat. 5. Orig. *Hanc sibi rem sperant præsidio futurum,* Cic. &c.

Mobile perraro quartum, sed rarius optant
Fixa: velut, *Poteris tu præscius esse futura?*
Hanc rem, Plautus ait, *tibi quid curatio*: pro quo,
Quid curas hanc rem, semper te efferre jubebo.

Pauci

Pauca admodum sunt adjectiva accusativum regentia; *Prascius futura*, i. e. *præsentes*, *Populabundus castra*: *perosus me* Buch. ps. 13 *Murus tres pedes vel tribus pedibus altus*. habes in Regimine ablativi.

Apud Comicos, reperies hujusmodi phrases: *Quid istam tibi tactio est? quid adisto?* i. e. *Quid eam tangis? quid adis?* &c. pro quibus hanc habeas D. Al. Humii Regulam multis in locis admodum necessariam: *Quicquid in vicem Verbi venit, casum adsumit, in cujus vicem venit.*

Quam poscendo *diu* quartum, vel ponito sextum Cum quovis verbo: 1 sed, si per *Quando* rogaris; *In* sexto casu tantum proferre memento.

Si quæstio per *Quamdiu* proponatur, vel proponi possit, respondeas in Accusativo, vel Ablativo sine Præpositione; vel in Accusativo cum Præpositione *Per*: *Quamdiu studuisti?* Resp. *Duas horas*, *Duabus horis*; aut, *Per duas horas*. *Nestor vixit tres hominum ætates*. *Romulus septem et triginta regnavit annos* Liv. *Per octo annos provinciam tenuit*, Suet. *Vixit annis viginti novem*. Id. Elegantius in accusativo sine Præpositione, *Quasi claudus sutor aomi sedet totos dies*, &c.

1 Si quæstio fit per *Quando*, in ablativo sine Præpositione respondendum: *Quando discessit pater?* Resp. *Hesterno die*, *horâ quartâ pomeridianâ*. *Quando invises matrem tuam? sequente vere*, *ut spero*, &c.

Non raro additur præpositio: *ad dictum diem redit*. *surgunt de nocte latrones*, Hor. *Sub noctem cura recursat*, Virg.

Quantum sit spatium, quarto vel dicito sexto. 1 At ubi quid factum, sexto tantummodo prome.

Si quæstio sit *Quam procul*, vel, *quantum est distantia* ab uno ad alium locum, Resp. in accusativo, vel ablativo: *Edinburgum distat Berwico quadraginta milliaria*, vel *milliaribus*, sed in acc. Sæpius: *Pedem hinc unum cave aberis*, *abest hinc Roma iter trium dierum*, &c.

1 Si quæstio fit per *Ubi*, seu de loci specie, aut distantia in abl. solum resp. *Ubi captus fuit latro*? Resp. *Sexto ab urbe lapide*, i. e. sexto ab urbe milliari, quia in singulis milliaribus erigi solebat lapis, Dicas etiam, *ad sextum ab urbe lapidem*. Cum

ad sextum ub urbe lapidem castra posuissent, Plin.

At, si de loci distantia sermo non sit, necessario addenda Præpositio: *Ubi panes dabit reus?* Resp, *In carcere*, &c.

De adverbiis loci.

Ad quæstiones *Ubi*, *Qua*, *Unde*, *Quæ*, respondendum sæpe per adverbia loci: suntque, *In loco*, *ad locum*, *e loco*, *Per locum*.

Si quæstio sit, aut resolvi possit per *Ubi*, resp, per adverbia *In loco*, sc. *Hic*, *istic*, *illic*, *intus*, *foris*, *nusquam*, *alibi*, *alicubi*, *ibidem*, *ubique*, *ubilibet*, *ubivis*, *necubi*, *sicubi*, *inferius*, *superius*, *infra supra*, &c. *Ubi est pater?* Resp, *Intus*, *foris*, *inferius*, *hic*, &c, *Ubi currendum? ubilibet*, *foris*, &c

Ad locum.

Si quæstio sit per *Quo* Resp; per Adverbia *ad locum*; sc. *Huc*, *istuc*, *illuc*, *alio aliquo*, *eo*, *eadem*, *quolibet*, *quovis*, *utroque*, *neutro*, *intro*, *foras dextrosum*, *sinistrorsum*, *antrorsum*, *retrorsum*, *sursum*, *deorsum*, &c. *Quo ivit pater?* Resp, *Illuc*, *intro*, *foras*, &c.

E loco.

Si quæstio sit per *Unde*, Resp. per Adverbia *E*, *locum* sc. *Hinc*, *istinc*, *illinc*, *alicunde*, *aliunde*, *necunde*, *undelibet undevis*, *superne*, *inferne*, *coelitus*, *funditus*, &c.
Discessit hinc illinc &c. *Unde veniunt bona?* Coelitus.

Per locum.

Si quæstio sit *Qua*, Resp, per adverbia, *hac*, *istac*, *illac*, *aliqua*, *ea*, *eadem*, &c. *Qua itur in urbem?* Resp. *ea*, *eadem*, *illac*, &c *Hæc* adverbia non sunt, sed vera nomina, sc. *via*. &c.

Ad complures alias quæstiones per adverbia respondeas: *Quando discessit pater?* Resp, *Heri*, *nudiustertius*, *jamdudum*, &c, *Quoties percurristi Grammaticam? Bis aut ter*, &c, *Unquamne Romæ fuisti?* Sæpius, *nunquam*, &c. *Studenine?* Acriter, *certatim*, *diligenter*, &c.

De Regimine oppidorum, vicorum, &c.

Hic quatuor recurrunt Quæstiones, *Ubi*, *quo*, *qua*, et *unde ubi est pater?* Resp, *Edinburgi quo profectus est? Edinburgum*, *Qua illuc ivit? Berwico*, *unde venit? Londino*. Hic tantum intelligenda sunt oppidorum, vicorum, aut pagorum nomina; non regi-

onum, aut provinciarum: hæc majora, illa minora appellari solent.

1 Quæstio si fuerit per *Ubi*, nomenque prioris
Sit numeri, & flexus seu primi, sive secundi,
In casu poteris bene respondere secundo.
2 Si vero terni fuerit, numerive secundi
In quovis flexu, sexto ponatur ubique.
3 In sexto pariter, si quando per *Unde* rogaris,
Aut *Qua*. Responde. 4 Si per *Quo*, ponito quartum:
5 Juncta tamen videas interdum Præposituræ.
9 Fac *Domus* & *Rus* hæc urbis præcepta sequantur.

1 Nomina oppidorum, aut pagorum primæ aut secundæ declinationis singularis numeri ponuntur in Genitivo, si quæstio proponi possit per *Ubi*. *Ubi Pater habitat*? Romæ, *Londini*, &c.

2 Si tertiæ sit declinationis, aut pluralis numeri in quavis declinatione, in ablativo ponas: *Ubi degit pater*? *Carthagine*, *Athenis*, *Parisiis*, &c. Vid. Annot. 8.

3 Si quæstio fuerit per *Unde*, aut *Qua*, in ablativo ponitur: *Unde venisti*? Româ, *Londino*, *Carthagine*, *Athenis*, *Parisiis*, &c. *Quâ iter facies Londinum*? *Bervico*, &c.

4 Si quæstio fuerit per *Quo*, in Accusativo ponas: *Quo iter facturus es*? Romam, *Londinum*, *Carthaginem*, *Athenas*, *Parisios*, &c.

5 Sæpe additur Præpositio; *Pater redsit ex Edinburgo*, &c. Vid. Annot. 1.

6 *Domus* et *Rus* oppidorum Regulas, sequuntur: *Pater domi est*: *Rure jam habitat*: *ivit domum*, *rus*, *redsit rure* vel *ruri*; Vid. Annot. 8.

Annot.

1. Sæpe, in quam; addi Præpositionem requiritur: *in Alexandria*, Cic. *ab Roma*, Liv. *Ad Genuam pervenit*, Cæs. &c. Præcipue vero, ubi ambiguitas est: *Confero me Romam per Coloniam*, ne, si *Coloniâ* dixerim; Ex loco, non; per locum intelligas.

2 Addenda est præpositio, ubi urbis nomen appositum sibi habet adjectivum: *Ad doctas proficiscor Athenas*; *ad claras Mycenas*; &c. Apud poetas subintellectam habebis Præpositionem, *Doctas proficiscor Athenas*; Ovid.

3 Addenda etiam, ubi non tam oppidum, quam locum oppido vicinum intelligis, *Anglorum exercitus a Edinburgum usque pervenit*, i. e. ad campos urbi vicinos.

4. Regionum; insularum, provinciarum nominibus additur Præpositio: *Pater est in Gallia, Anglia, Lothiana*, &c. *Profectus est vel ivit in* vel *ad Galliam; rediit ex Gallia*, &c. Interdum sine præpositione videas: *Siciliæ cum essem*, Cic. *Sardiniam venit*, id. &c. aliis cujuscunque generis nominibus Præpositionem addas: *Cæsar pervenit ad Rhenum, Ad Ætnam*, &c.

5 *Domus*, ut in regula dictum, oppidorum regulas sequitur: *Pater est domi, Ivit domum*. &c. Sed hic non domus seu ædes; sed domicilium; seu habitationis locus intelligendus: At si addas adjectivum; addenda etiam præpositio: *Ivit ad domum paternam*: ad istam domum. &c. Hinc excipe cum hisce adjectivis, *Mea, tua, sua, nostra, vestra*, & *aliena*: Ivit meam domum, suam domum, &c. prandet domi meæ, tuæ, &c. Sed potius apud me, te, *Obiit in domo paterna*; vel *domi patris*. &c. *Mortuus est hujus domi*, Cic. *Hujus domi*, Regimen est, non concordantia: Si per concordantiam dicas, *Mortuus est in hac domo*; nequaquam *Hujus domi*.

6 In plurali vulgo additur præpositio: *Iverunt quisque ad suas domos*: at Ovid. *Vestras quisque redite domos*.

7 *Domi* & *in domo* plurimum differunt: potest quis esse *domi*, qui non est *in domo*; et contra: Pater familias *domi* dicitur, cum in suo sit horto, & *in domo* peregrina *domi* non est.

8 Vulgo docetur *Rus* in dativo vel ablativo poni, cum quæstio sit per *Ubi*: *degit ruri vel rure*. Verum utrumque ablativus est: *Veniunt ruri rustici*, Plaut. Eodem modo leges *sortis luci, tempori* et alia in abl. Idem censeas de hac & similibus phrasibus, *Degit Carthagini*, vel *ne*, &c. *Carthagini* ablativus est secundum *Sanct. Sciop. Voss* aliosque viros doctissimos; Inter quos palmam referunt *jansenistæ*, Grammaticæ, cui titulus *Nouvelle methode*, Auctores. Nec notatu indignum, quod habet Despauterius: *Dabitur*, inquit, *terno aut sexto. sed mage terno*: i, e. *Degit Carthagini vel Carthagine*; sed potius *Cartagini* at D. *Deiks* in sua nuper edita hunc in modum scribit, *Terno aut sexto*; *sed mage sexto*, i, e. *potius Carthagine quam Carthagini*: Uterque suas defendat partes.

Militia videas et *humi, bellique, togæque*

Et

Et *terra* in patrio; per *ubi* cum quæſtio fiat.

Ubi degit temerarius? Reſp. *militia*, i, e militem agit, ſeu miles eſt. *Poma jacent humi*; aut *in molli humo*, dicendum. It. poſt verbum motus, *Procumbit humi bos. Gratus principi belli & togæ*, *toga*, i, e. pacis tempore: pacis enim tempore togati erant Romani; At Flin, *Dubium eſt*, *togâne*, *an belio præſtantior ſit*. *Condo corpus terra*, pro *in terra*.

Regimen Præpoſitionum.

1 Vult *ad* cum ſociis quartum; 2 velut *abſque* latinum,
3 *Sub*, *ſuper*, *in*, Subter caſu junguntur utrique
In vario ſenſu: Facilis docet omnia proſa.
4 Sæpe *Tenus* patrium numero præeunte carentem,
Aut res ſignantem geminas 5 a fronte capeſſit.
Nec raro ſextum videas ſibi jungere caſum.

1 Præpoſitiones Accuſativum regentes, *ad*, *apud*, *ante*, *adverſum* vel *adverſus*, *cis*, *citra*, *circa*, *circum*, *circiter*, *contra*, *erga*, *extra*, *intra*, *inter*, *infra*, *ſupra*, *juxta*, *ob*, *pone*, *prope*, *propter*, *per*, *præter*, *poſt*, *penes*, *ſecus*, *ſecundum*, *trans*, *ultra*.

Ad urbem venit: *prandet apud patrem*: *ante horam ollivam*: *loquitur adverſus animi ſententiam*: *cis Euphratem*; *citra flumen*: *circum forum*: *circum littora*: *circiter duo millia*: *ne Hercules quidem contra duos*: *tuam erga me benevolentiam ſuis perſpexi*: *extra urbem*. *intra mœnia*: *inter canendum*: *infra tectum*: *ſupra culmen*: *juxta ripam*: *ob metum*: *pone tergum*: *prope Platonis ſtatuam*: *propter ſpem prædæ*: *per ſaxa per ignes*: *præter cæteros*: *poſt tergum*: *penes te es*: *ſecus fluvios*: *ſecundum Deum nihil nobis parentibus charius*: *trans Tiberim*: *ne ſutor ultra crepidas*.

2 Præpoſitiones ablativum regentes, *A*. *ab*, *abs*, *abſque*, *coram*, *clam*, *de*, *e*, *ex*, *pro*, *palam*, *procul*, *ſine*.

A puericia, *ab illo*, *abs quovis homine*. *abſque comite*, *coram fratre*, *coram præceptore*, *clam patre*, *multis de cauſis*, *e flumine*, *ex igne*, *pro aliquo*, *præ foribus*, *palam omnibus*, *procul dubio*, *ſine viribus*.

3, *In*, *ſub*, *ſuper*, et *ſubter* modo accuſativum, modo ablativum exigunt, ſed plerumque diverſo ſenſu.

In accuſativum regit poſt verba motûs ad locum, ablativum

post verba quietis, vel motûs in loco: *Pater profectus est in Italiam. Petrus ingressus est in scholam*, &c. *Jacet in lecto; deambulat in foro*, &c. Vide plura annot. 3.

Sub regit accusativum post verbum motûs ad locum, vel pro *circa* aut *circiter*; ablativum post verbum quietis, aut motûs in loco: *Eamus sub tectum: rediit sub quartam, sub cœnam* i. e. circiter quartam, aut paululum ante cœnam, &c. *Sedeamus sub umbra*: *pueri discurrsitant sub tecto*, &c. Motus in loco ut, *Rota molaris*, ad locum, *flavius ad*, vel *in mare labitur*.

Super, Accusativum exigit post verbum motûs ad locum: ablativum, vel accusativum post verbum quietis: *Lapis cecidit super caput. Sedeo super saxo* vel *saxum, fronde super viridi* Virg.

Subter vulgo accusativum, interdum ablativum admittit. *Subter aquas: subter terram: subter densa testudine*, Virg.

4 *Tenus* vulgo regit ablativum, *Capulo tenus abdidit ensem*, Virg. *crure tenus medio*. juv. &c. Regit, genitivum pluralem. si nomen caret singulari, *Cumarum tenus*, i, e. usque ad *Cumas*, *uma*, *arum*, Nomen urbis. It, si res geminas significet, *Aurium tenus*: *crurum tenus*, &c.

5 Vides per exempla *Tenus* postpositionem potius, quam præpositionem appellandam, suo enim casui postponitur.

Annot.

1 Infiniti esset laboris, et difficultatis pene insuperabilis, varias apud authores præpositionum significationes recensere. Non solum singulas oporteret enumerare phrases, in quibus illæ reperiuntur, sed & ipsius Authoris sensum, locique contextum, rerumque omnium circumstantias retexere & explicare necesse esset: quod opus ipsam, credo, Grammaticam magnitudine exæquaret, Nec proprie hujus est loci: sic enim variæ singularum vocum acceptationes eodem jure essent dilucidandæ, His igitur omissis, paucas, de earum nonnullis trademus Annotationes, unde de reliquis, melius dijudicare possis.

Ad.

2 Nulla in tota Grammatica est regula hac facilior, *Ad semper regit Accusativum*: dici tamen nequit, quot, et quam varias habeat significationes: hinc non parva oritur difficultas. admittit tam quietis, quam motus verba: *Samnites ingrediuntur ad Curium sedentem ad focum. confugit ad asylum. ad se redit. forte domum suam, forte ad sanam mentem*; *ad gratiam loquitur*

itur; gratiam sibi comparat: *ad manum habet, in promptu illi* st: *ad multam noctem vigilat*: *omnes ad unum periere*, nullo ex-epto: *ad amussim, ad unguem*, perfectissime: *ad verbum repe-it*, exacte: *ad verbum interpretatur*, secundum propriam ver. borum significationem: *pulchra quidem hæc, sed nihil ad nostram*; i compares cum nostra: *dormivit ad tres horas*, circiter tres: *rediit ad dictum diem*, dicto die: *ad tria hominum millia desle-ati sunt*, circiter, vel plus minus tria millia, &c.

In.

3. *In* et *Ut* in Lingua Latina vocum sunt omnium difficillimæ. *In*, ut plurimum, accusativum regit post verba motus ad locum: *Ingressus est in sacram ædem*: *rediit in Scotiam*; &c. Reperies tamen in ablativo; *venit in Senatu*, Cic. *In conspecto meo audet venire*, Phæd.

Motus aliquando difficulter discernitur: *Da librum in biduum*; *in tres dies*; *avaritia crescit in horas*: *verte hanc sententiam in linguam græcam*: *mutatus est in bestiam*, &c.

It. pro *Erga*, *tuus in patriam amor omnibus liquet.*

It. pro *Contra*: *pugnavit in Romanos.*

It. pro *Ad* vel *Quoad*: *In hanc sententiam multa dixit. In præsens sat providus*; *in futurum non item* i. e. quoad præsens quoad futurum.

It. pro *Supra*: *Scribit vel habet ita Servius, vel Minellius in Virgilii Bucolica, Æneida*, &c. at, si de ipso operis auctore loquaris in ablativo ponendum; *Virgilius in Bucolicis, Æneide scribit.*

It. pro *Ante* vel *Coram*; *Vereor te in os laudare*, Ter. *Probare in vulgus*, Cic.

Quid de hisce dicam vix habeo; *In diem vivit*, i: e. sine cura crastini. *De vita in dies solicitus*, i. e. quotidie. *Crescit in dies hostium numerus*, &c, sine dubio est hic latens motus.

In ablativum regit post verbum quietis, aut motus in loco: *Sedet in conclavi*: *studet in musæo*: *ambulat in foro* &c. aliquando tamen cum accusativo videas, *Esse in magnum honorem*, Ter. *Cum vestros portus in prædonum fuisse potestatem scias*, Cic.

It. pro *Inter*; *justissimus unus, qui fuit in Teucris.* pro *Inter Teucros.* Virg. *Eum in amicis habeo*, &c.

In accusativum vel ablativum pro arbitrio interdum regat: *Abdere se in sylvas vel sylvis. Incidere in æs* Liv. *in ære.* Cic, ab *In* et *edo*, *includere in equum Trojanum*, Cic *Imaginem inclusit in clypeo*, Id. *pone librum in cubiculum, vel cubiculo*: sed cum

hoc discrimine, *pone in cubiculo*. i,e *depone in cubiculo*, dum in eo ipse stas cubas vel sedes: *pone in cubiculum*, cum forte ipse foris sis.

Clam.

4 *Clam* vulgo ablativum, aliquando accusativum regit, *clam populo*, *clam uxorem* Ter. apud eundem legas. *Clanculum patres*, Plaut. *clam mihi est*, i. e. *occultum mihi est*.

Prope.

5 Complures viri doctissimi negant *prope* esse præpositionem: *prope muros*, i, e. *prope ad muros*. *prope seditionem ventum est*. i.e. *ad seditionem* &c. Quia, inquiunt, *propior*, *propius*. *proxime*, *proximus* præpositiones etiam erunt. Nam & hæ accusativum non minus regere videntur: *propius urbem*. *propior montem*. Plaut. *Rex proxime formam latrocinii*, Sal, &c.

Hinc etiam *pridie*, *postridie*, præpositiones statuas: *pridie Calendas*, *Nonas*, Id *us*, &c. Ut hic *Ante*, cur non et illic *Ad* supprimi possit?

Procul.

6 De *procul* par sit judicium: *procul muros*. sc. ad muros: *procul mari*, a mari. nam utrumque aiunt regere casum, at apud Cic. liquet nihil regere, *sint procul a nobis*, &c.

Usque.

7 *De usque* idem censeas. quod de *prope* & *procul*, quia vulgo cum alia præpositione ponitur: *Usque a pueritia*, Ter. *ab Æthiopia est usque hac*. Id. hinc omnes hæ phrases eundem prorsus habent sensum, *Usque palatium*: *ad palatium*. *usque ad palatium*: *ad usque palatium*: *ad palatium usque*. It. *a palatio*: *usque a palatio*, *a palatio usque*, ut bene notat Servius.

Secus.

8 Totus fere Grammaticorum grex *Secus* e præpositionum numero ejicit: *secus illum sedi*. nequaquam placet: habet quidem Plinius, *Nascitur secus fluvio*, i. e. *juxta*, vel *secundum*. Vulgo idem valet, quod *aliter*: *cœpi secus agere*. *atque instituerat*. Cic

A. *Ab*. *E*. *Ex*. et *abs*

9 A et *E*. consonantibus; *ab* et *ex* vocalibus, & quibusdam etiam consonantibus præponuntur *a* Roberto. *ab Alexandro*. *foramine*. *ex illo die*. &c. Quia A *Alexandro* si efferas, turpem facies hiatum: & contra, *ab* Petro, *ab* Blasio, si dicas non secus fiet. ac si magna cum difficultate labra aperire posses. Benignum. *a* vel *ab rege*, *lege* &c. It. *Ex Xantho* non dicendum

at licet dicere. *E* vel *ex domo.* &c. *abs* præponi solet *Tet Q. abs te. abs quovis homine.*

10 Vulgo docetur præpositiones casum non regentes adverbia fieri, ut in his et similibus phrasibus *de his infra dicemus. longo post tempore venit* Virg. *paucis post diebus factum Nec te quæsiveris extra* Per. *quo tenditis ultra* &c. Sine omni dubio supprimitur hic casus quem regunt: sc. *Longo tempore post illud tempus*, de quo fit sermo. *quo tenditis ultra*, sc. hunc locum. &c.

Præpositiones inseparabiles.

Am, di, dis, re, se, con.

Vocantur hæ *inseparabiles*, quia nunquam ab aliis vocibus separantur. i. e. non leguntur. nisi in compositis *ambeo. diduco distraho, repono. sepono. compono.* sic in nominibus, *Redux, Concors, discors.* &c.

Admonitio.

Nescio profecto, an Vocativi hic statuam Regimen: utcunque, tanquam illius umbram, hanc accipe regulam,

Eu, ecce, hem, primum, quartumve aliquando requirunt: **Heu** petit & quintum, velut *O. Hei,* Væque dativum. **Proh** primum, quartum, quintumque notatur habere. Cum solo quinto vox *Heus* conjungier optat.

En dextra fidesque, Virg. *En quatuor aras,* id. *Ecce miserum hominem,* &c.

Heu et *O* Nom. Acc. et Voc. regere volunt. *Heu dementia,* Plin. *Heu stirpem invisam,* Virg. *O vir fortis atque amicus.* Phor. sed raro hoc fit. *O præclarum custodem ovium,* Cic. *O me miserum! O Dave, stane contemnor abte* Ter. *Væ tibi, Causidice,* Mart, *proh dolor. proh Deûm atque hominum fidem! proh Sancte Jupiter. Heus Syre* Ter.

Annot.

Vix adduci possum, ut credam, hasce voculas ex se ullum regere casum: sæpe enim cum nullo construuntur? *Ecce Cerynna venit.* Ovid. *Hem tibi,* sc. *cave tibi.* aut, *prospice tibi hem Pamphilum. respice Pamphilum: O me miserum, sentio vel video me esse miserum.*

Regimen Ablativi.

Paſſivis ſextum dabimus cum Præpoſitura
A vel *ab* 1 *accipio, peto, diſto,* & plurima jungas
2 Nomina cum 2 verbis aliis, quæ gloſſa docebit.

Verba paſſiva, aut paſſivæ ſignificationis regunt poſt ſe ablativum cum præpoſitione. *a.* vel *Ab, amor a patre, oſculor matre, doceor a præceptore,* &c.

1 Verba *accipiendi, petendi, diſtandi,* &c. eodem conſtruuntur modo: *Accepi pecuniam a patre, audivi hoc a matre, petivi a præceptore, trium dierum iter ab hac urbe diſtat. diſ ab aliis,* &c, 2. *Alius ab illo, ſecundus a principe, proxima a rege, caſtus a Venere,* &c, 3 *Avertas a nobis iram Domini ſtat mihi a tergo,* &c.

Mobile vel Verbum, ſi poſſit jure reſolvi
Per *propter* vel *Pra*, ſextum ſibi rite requirit.

Quodvis adjectivum vel verbum regere poteſt ablativum, q apte reſolvi poſſit per *propter, per, ob, pra. pallidus metu, ſ verbus honore, tardus ſenio,* &c. *ob* vel *propter metum,* &c. *S pallet mortis metu, tacet pudore, rubeſcit ignorantia,* &c.

Dant ſextum *fungor, potior, fruor. utor, abutor,*
Indigeo, careo, veſcor, beo, victito, paſcor.
Cum multis aliis, 1 quæ gloſſa recludet abunde:
Attamen hæc 2 aliter poteris conſtructa videre.

Fungitur officio. hoſtes caſtris potiuntur. fruor conſpectu mei: Utere libro meo. quamdiu voles: indigeo. nummo. argen morte carent animæ: veſcitur piſcibus: beo te divitiis: victit carne et lacte: boves fœno paſcuntur &c. 1 *dono te equo: labo febri, dolore dentium, podagrâ* &c, *conficior mœrore, inedi ri: afficit me honore. proſequitur me odio,* &c. Hæc et ſimilia Regulam de inſtrumentis referas. de quo mox. 2 *mea bona uti tur.* Ter. *operam abutitur.* Id. *Fungitur officium.* Id. *urbem pot* Cæ. *Potiri totius Gallia,* Cæſ. *Quaſi tu hujus imagine pa* Ter. de quo prius

Copiæ egeſtatiſque ſimul, tu verba videbis
Cum patrio raro, cum ſexto ſæpe repoſta.

Abundat opibus: affluit divitiis: hic liber ſcatet erro culpa magnum eſt ſolatium &c *Implentur veteris Bac piſque ferina* Virg &c.

Indignus, dignus, contentus, præditus, orbus,
Et *vacuus, cassus,* nec non 1 conformia multa
Cum patrio raro, cum sexto sæpe videbis.

Indignus odio: Indignus avorum Balbus ad Cicer. *dignus laude & aliquando dignus laudis: parvo contenta naturâ* Cic. *virtute præditus, utroque orbus parente, vacuus curis; cassus lumine,* &c. 1 *Captus mente: expers metus,* vel metu: *immunis belli,* Virg. *immunis militia,* Liv. &c.

Quædam cum Genitivo, ut alibi dictum, sæpius reperiuntur; *Vacuus laboris,* &c. Aliquando cum præpositione juncta videas; *vacuus ab omni munere publico* Cic. *de nugis referti libri,* Id. *Liber a delictis.* Id.

Da medio gradui sextum: *Pretiosius auro,*
Quid nive candidius? Tenebris quid nigrius extat?

Annot.

1 Resolvas sic has phrases; *Quid candidius est, quam nix? quid nigrius, quam tenebræ,* ? &c.

2 *Quam* vulgo eodem casu; *Ego hominem calidiorem, vidi neminem quam* Phormionem, Ter. dici potuit, *Quam est Phormio.*

3 Pro *Quam* ponas Ac vel *Atque; Non Apollinis magis verum, atque hoc responsum.*

4 *Quam* aliquando supprimitur; *Plus quingentos colaphos impegit mihi.* Ter.

Forma, modusve datur per casum rite Latinum.

Sapte respondebis ad quæstionem *Quomodo* in Ablativo sine præpositione, *Quomodo cantat.* Resp. *submissâ, altâ, canorâ voce. Lento gradu procedit; suo more docet: Torvis me aspicit oculis: arte, non dolo, te vici,* &c.

Interdum addas præpositionem: *magna cum modestia loquitur: Summa cum lætitia, humanitate nos excepit,* &c.

Instrumenta dabis sexto sine Præpositura.

Strictis gladiis me adortus est: Petsit me lapide: rem acu attigisti: Clavus clavo pellitur, &c.

Cave addas Præpositionem: *Verberavit me cum pede, baculo, ferula cum calamo,* nequaquam dicendum.

Da pretium sexto: 1 *Tanti, quanti,* atque *minoris*
In patrio ponas sine fixo. 2 *Pluris* eundem
Semper habet casum: 3. cum fixis pone Latino.
Dat 4. *Valeo* quartum raro; persæpe Latinum.
Vilius, & *melius, pejus,* vel *carius* emi,
Ne credas recte dici per Nomina posse.

Emi Librum duobus assibus: Hic equus constitit centum libr[illegible] Domum alienam centum coronatis conduxi, meam viginti locav[illegible] &c. 1 *Tanti, Quanti,* &c. *Minoris* sine substantivo in Genitivo ponendum; *Quanti hunc librum emisti?* Resp. *Minor[illegible] quam revendam* 2 *Pluris* semper in Genitivo ponas: *N[illegible] pluris vendo, quam cæteri;* &c. Nam *plus,* ut volunt, non [illegible] mittit substantivum, de quo in prima parte actum.

3 *Tanti, Quanti, Minoris* cum substantivis *Pretio,* aut [illegible] *cunia* in ablativo ponenda: *Quanto pretio emisti? quanta pe[illegible] nia? minore pretio,* &c. 4 *Valeo* raro Accusativum; vulgo abla[illegible] vum regit: *hic liber non valet tres asses vel tribus assib[illegible]* 5 *Emi vilius,* &c. adverbialiter dicitur.

Mobile vel verbum mensuram dat sibi quarto,
Vel sexto: 1 excessum sexto solummodo profer.

Adjectivum, vel verbum mensuram regit in Accusativo [illegible] ablativo; *Murus decem pedes vel pedibus altus: pannus tres [illegible] nas vel tribus ulnis latus. Lapis iste præ ceteris pedem vel p[illegible] exstat,* &c. 1 Excessus mensuræ in ablativo solum ponit[illegible] *Paulus Petro altior est capte, modico doctior, [illegible] fortior,* &c.

Poscit *Opus* sextum, fixum invariabile, semper.

Opus substantivum indeclinabile ablativum semper [illegible] *Tuâ authoritate nobis opus est,* Cic. *Cultro mihi opus est;* &[illegible]

Annot.

1 *Opus* adjectivum indeclinabile cum substantivo conve[illegible] *Tua Authoritas est nobis opus,* i. e. *necessaria, Dux nobis [illegible] opus,* Cic. Quidam substantivum indeclinabile hic statuu[illegible] *Dux est nobis opus,* i. e. *noster labor,* & *cura,* [illegible] *studium.*

2. Plerique volunt *opus* Genitivum interdum reg[illegible] Ovid.

Non minor est virtus, quam quærere, parta tueri:
Casus inest illic, hic erit artis opus.

Est opus artis tueri parta: certe & vocum constructio & sensus patitur ut *Opus* hic substantivum sit declinabile, *Opus operis*, &c. Unicum aliud afferunt exemplum ex Apul. *Mihi operæ ejus opus est* Si nullum aliud afferri possit: Nos hoc tanquam ex authore non imitando rejicimus, nec hinc multiplicandas Regulas existimamus.

3 *Usus* apud Plaut. eodem capitur sensu. quo *Opus*; *Viginti jam usus est filio argenti minis.*

Est ablativus, quem appellant *Absolutum*,
Scilicet a nulla dependens voce regente;
Phrasibus ex binis cum ponitur altera sexto.
Discunt discipuli, me præceptore docente.

Quum duæ sententiæ ita concurrunt, ut altera habeat vel resolvi possit per hujusmodi particulam, *Cum, Dum, Si, postquam*, &c. Ea plerunque vertitur in Ablativum, quem vocant *Absolutum*, seu *Absolute positum*, a nulla sc. alia voce dependentem, seu rectum, ut, *Saturno Rege, aurea fuerunt secula*; *Cicerone consule, Catilina oppressus est. Regnante Augusto, natus est Christus. Deo volente, cras te invisam* &c. Quas phrases sic resolvas *cum*, vel *Dum Saturnus esset Rex*, &c.

Annot.

1 Hic omnium ablativorum longe est frequentissimus, plurimumque orationi adfert gratiæ & decoris, Buch. Ps. 4 *Sat amico te mihi felix*, (pius Deum alloquitur) *Ego sum sat felix, [illegible] mihi, te ente amico mihi, si vel modo tu sis amicus*

[illegible] vulgo duæ sunt personæ, vel saltem persona & res: [illegible] est res intelligens. ut. Petrus, Paulus, &c. In omnibus [illegible] exemplis duæ sunt personæ, seu duæ res intelligentes, ex[illegible] primo: cui hæc addas, *Finito prandio, deambulabimus [illegible]mpis. scripto Themate, licebit tibi ludere*, &c.

[illegible] Interdum unica tantum est persona, *Me Consule id feci*, Cic. [illegible]*dator temporis acti se puero*, Hor. de sene.

[illegible] Eleganter aliquando ponitur participium præteriti tempo[illegible] cum integra phrasi, quæ in substantivi vicem subit. *Audi[illegible]tegem, in Italiam tendere*. Sal. *Roma nondum cognito, qui [illegible]sset prælii exitus*, Tacit. &c.

De Conſtructionis Figuris.

Conſtructionis figuras ſic colligas: Vel vox aliqua deeſt, hinc *Eclipſis*: vel redundat, inde *Pleonaſmus*: Vel reſpicitur vocum ſenſus, non ipſarum accidentia Grammaticalia, hinc *Syneſis*, vel, ut aliis loquiplacet, *Syntheſis*, *Syllepſis*, aut *Conceptio*: vel denique vulgaris vocum ordo invertitur; inde *Hyperbaton*.

Eclipſis

Eclipſis eſt figura, per quam vox, ad legitimam conſtructionem neceſſaria, ſupprimitur. *Ubi ad Dianæ veneris*, Ter. ſup. *ædem* vel *templum*. *ſunt, quos, facile fallas*; ſup. aliqui. *Quid tua*? ſc. *refert* vel *intereſt*: *Ille timore, Ego riſu corrui*. Cic. ſup. *corruit*. *ſtudes, an piſcaris, an venaris, an ſimul omnia*? Plin. ſc. *facis*. *nil aliud, quam luditis* ſc. *facitis*. *Aquilæ volarunt, una ab occidente, alia ab oriente*, ſup. *hæc volavit*, &c.

Annot.

Omnium figurarum longe frequentiſſima hæc eſt: eâ plenæ ſunt omnes libri, plenæ ſapientum voces, plena exemplorum vetuſtas. Omnes autem orationis partes ſupprimi poſſunt, imo ſolent & debent, niſi, ſuppreſſio obſcuritatem pariat. Præcipue irato & furibundo convenit. *Quid, ais omnium*? Ter. ſc. *peſſime*, vel *flagitioſiſſime*, *Quem ego*. Id. ſc. *male multabo*, vel *tantum non occidam*. *Egone illam, quæ illum, quæ me, quæ non*. *Mori me malim*. Id. i, e. *Egone adibo illam meretricem, quæ illum admiſit, me extrulit, me non intromiſit*? *Mori malim*. *Quis ego*; *ſed præſtat motos componere fluctus*, Virg. ſc. *Quos acerbe me puniam*, vel *male multabo*. Quid plura afferam exempla? Vix ullo in libro, unam aut alteram legas lineam, quin aliquam orationis partem ſupprimi videas, *Felix ille animi*, &c. Buch, *Pſ.* 1. Ad neceſſariam conſtructionem ſupprimuntur hæc *Vir* & *Eſt*; *Ille vir eſt Felix animi*, &c.

Pleonaſmus.

Pleonaſmus eſt figura, per quam vox aliqua redundat, ſ ſuperflua eſt. *Hiſce oculis vidi*; *Nil* amplius per *Hiſce* oc ſignificatur, quam ſi ſolum hoc verbum, *Vidi*, dixeris. *Op tebat me præſciſſe ante*: Ter. vel hic redundat *Ante* vel *Præ Præſciſſe*. Sciendum tamen hanc figuram *Emphaſin* quan orationi addere.

Syneſis.

Syneſis eſt figura per quam conſtruuntur voces quoad ſ

ſum, non Accidentia Grammaticæ: *Uterque fecerunt*, i, e. *ambo*, ſc. *Petrus & Paulus. Pars merſi tenuere ratem*, Virg. *Pars*, i, e. *Aliqui, pars beſtiis objecti, pars in carcerem acti. Ubi ſcelus, qui me perdidit?* Ter. per *Scelus* intelligit *Sceleſtum Davum*, ideoque dicit *Qui*, non, *Quod*.

Hyperbaton.

Hyperbaton eſt, cum vulgaris vocum ordo invertitur: *Maria omnia circum*, Virg. Huc, ſi placet, refera. ubi vox in partes ſcinditur, ut, *Quocunque* apud Hor. *Quo me cunque rapit tempeſtas.*

Hiſce quatuor figuris addas duas ſequentes, *Græciſmum & Scoticiſmum.*

Græciſmus.

Græciſmus ſeu *Helleniſmus* eſt figura, per quam Latini Græcorum imitantur Conſtructiones: *Voluptatis Maror ſequitur*, Plaut. pro *Voluptatem*. Apud Græcos enim ſequendi Verba dativum exigunt. *Alienis rebus curas*, Id. pro *Alienas res. Petrus rubet faciem, vulneratur caput*, &c.

Annot.

1 Ut in prima Grammaticæ parte innumeras fere vidimus voces Græcas, græcoque more declinatas, pariter hic in ſecunda plurimas habemus Græcorum Conſtructiones: Romana enim juventus *Athenas*, celebertimam Græciæ urbem, ut eruditetur miſſa, una cum eorum moribus linguam domum reportabat. Hinc non ſolum plurima Græcorum vocabula, & phraſes; ſed & ipſa loquendi forma, & verborum conſtructio apud Romanos recepta eſt. *Deſine vel abſtine irarum, aut Lachrymarum. Regnavit populorum*, Hor. ſæpe Nominativus pro accuſativo ponitur, *Sed enim quia rettulit Ajax eſſe jovis pronepos*, Ovid. pro *pronepotem*, &c. Ponitur pro nominativo Accuſativus, *Sed iſtum, quem quæris, ego ſum*, Plaut. pro *Iſte*; *illum, ut vivat, optant* Ter. *Fac me, ut ſciam*, Id. &c. Vulgare eſt apud poetas Accuſativum habere, ſuppreſſâ præpoſitione *Quoad*, vel *Secundum*, Græce *ΚΑΤΑ*.

Θνητὸς ἀνθρωπων ἐστὶν ἁπαντα σθενος.

Mortalis ſuptens omnia nemo datur. Theog. *Os humeroſque Deæ ſimilis*, Virg. *Catera Graius.* I. i, e. *quoad os*, vel *ſecundum os & humeros*, &c. Volunt hæc poni in Accuſativo per *Synecdochen* & quod forſan mirere, apud Vitruv. Ex cum Genitivo reperies. *deſcriptio ex duodecim ſignorum cæleſtium.* Quia Græca præpoſitio, *ex* Genitivum regit. poſtremo

sciendum, alias ex hisce phrasibus esse licitas, alias illicitas, alias a poetis tantum usurpari, alias etiam historicis & oratoribus esse communes, quas ex propria industria, & diligente Autorum lectione tute observes.

Scoticismus.

Omnium in Scholis frequentissima est hæc figura, qua pueri vernaculam linguam, latine loquendi normam faciunt. infinita adduci possent exempla, quorum hæc pauca sufficiant. *Ille non est apud Scholam*, pro *Non dat operam Literis*: vel *sub præceptoris ferula jam non militat, discipulus jam non est*. *Clama supra illum*: *voca illum, appelles hominem. Ibam dicere*: *Dicturus eram*: *Faciam te tam bonum, tibi par pari referam. Pater meus vult venire hodie, & accipere nobis lusum*: *Pater huc venturus est, & spero ludendi facultatem eum impetraturum esse. Ille non potest vincere ad scholam hodie. Quid vis agere cum? quid vis facere de? Quid vis dare pro?* cum infinitis hujusmodi: *Quid* pluribus? *Ille est apud prandium, cœnam*, pro *prandet*, *Cœnat*, &c.

Annot.

1 Figura est forma loquendi a vulgari differens: estque (ut vulgo docetur) triplex, *Dictionis*, *Locutionis*, *Constructionis*.

2 *Dictionis* est, quæ fit in voce, *Deûm* pro *Deorum*: *rettulit* pro *retulit* &c. De quo in prima parte.

3 *Locutionis*, est cum vox a propria significatione in alienam transfertur, ut *Herodes fuit vulpes*, i, e. *cautus*. de quo in Rhetorica.

4 *Constructionis*, cum a vulgari construendi modo receditur, *Uterque fecerunt*: De quo hic in secunda parte.

5 Complures aliæ a quibusdam recensentur Constructionis Figuræ, quas sicco pede transire nobis visum est:
Transire, inquam, nomine tenus: nam, si rem ipsam intelligas, nihil, quoad sciam, hic desiderabis, quod ad præsens facit institutum. Nec nostræ tantum hac in re innitimur sententiæ, complurium doctissimorum virorum secuti consilium. Figuras omnes reliquas *Sanctius*, non solum in re Grammatica, sed & in aliis scientiis versatissimus, *Monstrosos* appellat *Grammaticorum partus*: Lib. 4 *Antiptosi*, Inquit, *Grammaticorum nihil imperitius*, *Nihil stultius*: *Quod figmentum si esset verum, frustra quæreretur quem casum verba regerent*: Ibid. *Abutitur operam, fungitur officium*, Ter. per Antiptosin aiunt, at *Sanctius*

Hæc Verba aliquando cum Accusativo construuntur.

6 Nec est privatorum tantum opinio: Universus fere Grammaticorum chorus in hoc consentit: Quotquot, inquam, sunt Grammatici, omnes *Jansenistis* palmam tribuere necesse est. Illi singuli suam secundum privatam ipsorum opinionem, hi communicato prius omnium consilio & conjuncto studio Grammaticam, ediderunt: Auctores intelligo *Grammaticæ*, cui *Titulus Nouvelle Methode*, virosin omni scibili versatissimos. Hanc infinitis parasangis universis, quas videre contigit, longe præferendam judico.

Hoc non dico, ut privatorum minuam laudem: suam & illi merentur: Inter quos supereminet Vossius, non in hoc solo studio, sed & aliis de patria optime meritus. Nec silentio prætereundus hic est *Humius* noster in hac arte nimium acutus, utpote cujus verba puerorum captum & ingenia longe superent. Meretur certe & inter primos *Despauterius*, qui viam præclusis aperuit, & ardua montium culmina exæquavit, iterque aliis, licet non adeo usque planum, patefecit & commonstravit. Sed obiter hic sciendum, eum hasce, de quibus agitur figuras, meras apellare nugas & res nauci, seque eas docere coactum dicere, *Oportet*, inquit, *cum nugatoribus nugari*, &c. Videantur prælationes ad singulas Grammaticæ partes. Grammaticam intelligo *Despauterii* majorem, quam in Bibliotheca *Edinburgi*, habeas.

Quid multis? Cur torquenda & cruciandæ sunt puerorum ingenia: Cur opprimendæ memoriæ innumeris fere vocabulis ex alia Lingua prorsus ijs ignota petitis: *Aptoton*, *Monoptoton*, *Diptoton* *Triptoton*, *Tetraptoton*, *Pentaptoton*, *Hexaptoton*, *Zeugma*, *Protozeugma*, *Mesozeugma*, *Hypozeugma*, *Prolepsis*, *Sylepsis*, &c. Hæc & similia *nugas*, & *nugalia* appellitat *Despauterius*: Hæc invitus scripsit, invitus docuit, ut ipse fatetur. Quasi vero intelligi non possit Grammatica absque tot obstrusis, & ut ita dicam, Barbaris vocabulis. *Dica dat as, am:* hic *Triptoton* vox habens tres casus Quodsi. *Dica* in Vocativo reperiatur. *Tetraptoton*, *Quid tua? Eclipsis. Mea refert, non tua Zeugma*, &c. *protozeugma. Non mea, sed tua refert: Zeugma* etiam, & *Hypozeugma: Caper tibi salvus, & hædi, Zeugma* quoque. & ut habet *Despauterius*, cum aliis, *Mesozeugma. Aquila volavit, hæc ab ortu, illa ab occasu; prolepsis* &c. Ubique hic supponuntur Verba. per *Eclipsin*, ait *Sanctius*: per *Zeugma*, *Protozeugma*, *Mesozeugma*, *Hypozeugma*, *prolepsin* docent

alii

alii. *Frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora*, dicunt sapientes. Et a fortiori addo, *Non solum aque commode, sed multo commodius.*

Una in phrasiola complures interdum suppressas vide; is voces. En, in prima apud *Cæsarem* Sententia quatuordecim desiderabis ad plenam & absolutam verborum constructionem: Gallia est omnis divisa in tres partes. *Quarum unam incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam, qui ipsorum lingua Celtæ, nostra Galli appellantur.* Sic suppleas, *Quarum partium unam partem incolunt Belgæ, & aliam partem incolunt Aquitani, & tertiam partem incolunt illi, qui in ipsorum lingua Celtæ appellantur, & in nostra Lingua Galli appellantur.* Tot hic supprimuntur, quot exprimuntur voces.

Obiter notandum, licet multæ voces ad legitimam constructionem necessariæ sæpe subintelligantur, non tamen necessario inter interpretandum exprimendas esse: Quia illa forte lingua, in quam convertis, non minus admittit vocum suppressionem, quam ipsa Latina, ut ex præcedente *Cæsaris* sententia colligas; in qua nullam ex suppressis vocibus exprimendam judico exceptis *ille* & *in*.

Ut tandem huic rei finem faciam quid quæso incommodi est, si doceas singulas hasce voces supprimi per *Eclipsin*. Non vero hanc per *Eclipsin*, illam per *Zeugma*. aliam *Protozeugma*, *Mesozeugma*, *Hypozeugma*. *prolepsin*. &c.

De Reciprocatione *Sui, Suus, Ipse, is, ille*
ad voces præcedentes.

Petrus dixit se venturum: *Petrus* veniet. *Petrus dixit eum vel illum venturum*: Alius venit. *Petrus dixit aliquid malisibi accidisse*: malum *Petro* accidit. *Petrus dixit aliquid malei vel illi accidisse*: malum alii accidit. *Petrus amat suum patrem*, *Petri* patrem *ejus* vel *illius patrem*. alius cujusvis patrem: *Petrus percussit Jacobum suo gladio*: *jussit*, *Jacobus veniret ad patrem suum*. &c. Vulgo *Petri* gladius & pater, possunt etiam ad *Jacobum* referri. *Ejus gladio*. *ejus patrem*. vel ad *Jacobum* referas vel forte ad aliquem tertium. prout sunt rerum & Sermonis circumstantiæ.

Annot,

Idonea ad hanc rem illustrandam est illa apud *Cæs.* sententia Lib. 1. Bel. Gal. *Ei Legationi respondit Ariovistus si quid ipse a Cæsare opus esset se ad eum venturum fuisse. si quid ille vellet*

illum ad ſeſe venire oportere. Se & *ipſe* ad *Arioviſtum*, *Is* & *Ille* ad *Cæſarem* referuntur.

In hoc negotio conſiderandum eſt, quis ſit Nominativus principalis verbi: ad hunc vulgo referuntur *Sui ſuus* & *Ipſe* ut in præcedente phraſi principale verbum eſt *Reſpondit*. Nominativus *Arioviſtus*. Excipe ſi principale verbum ſit primæ, vel ſecundæ perſonæ. *Vidi Jacobum ambulantem in horto ſuo*: *Vidiſti Petrum Dormientem in Lecto ſuo*, &c. Hortus eſt *Jacobi*. & lectus *Petri*, non videntis: Semper enim fit reciprocatio ad tertiam perſonam; nunquam ad primam vel ſecundam.

Interdum quidem *Sui* & *Ipſe* non ad principalis verbi Nominativum, ſed ad obliquum aliquem referuntur caſum; ut, *Petrus ait Grammaticos hac de re inter ſe*, vel *ipſos diſſentire ſe* hic certe non ad *Petrum*, ſed *Grammaticos* refertur.

Poſtremo, ſi nullus ſit dubitandi locus, indifferenter fere *Suus*, *Is* vel *Ille* utaris *Cepi paſſerem in nido cum pullis ſuis*, vel *illius*. *comitare Petrum ad domum ſuam* vel *ejus*. aut *ipſius*, &c.

Diſcrimen inter *Ille* & *iſte*: *Hic* & *ille*.

Ille quidem laudat; contemnit & *iſte* vicſſim
Reſpicit *Hic* propius, ſed quid magis *ille* remotum.

Ille vulgo laudat. ut, *ille puer pulchræ formæ*: & Emphaſin denotat. *Alexander ille magnus*. *ille ego*, *qui quondam*, &c. Virg. *Iſte* contemptum innuit, *Iſte Cherea*; Ter. *Iſte nebulo*.

Hic proprius, *ille* remotius reſpicit, i, e. *Hic* proxime dictum, *iſte*, quod prius dicebatur: *Petrus & Paulus peregrè profecti ſunt*, *hic in Galliam*, *ille in Italiam* Paulus ergo Galliam, Petrus Italiam petiit. Apud poetas aliter interdum videas.

Quocunque aſpicio, nihil eſt, niſi pontus & aer
Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax, Ovid.

De Uſu

Quarundam vocum indeclinabilium.

Quanquam, *Quamvis*, *Etſi*, *Etiamſi*. *Tametſi* indicativo vel ſubjunctivo præponuntur. *Quanquam ſumus pauperculi*, *Domi*, *quod edamus*, Plaut. *Quod turpe eſt*, *quamvis occultetur*, *tamen honeſtum nullo modo fieri poteſt*.

Licet, i, e. *Quamvis*, aut *Etſi*. raro cum indicativo videas

vix unquam apud Latinos, apud Juridicos forte legas; *Licet non fuit damnatio secuta*, Mod. *Licet subjecta transactio est*, Ulp. Et, quod forte mirere apud Buch: *lib. 2. Epig. in Alex Cockburnum.*

Te licet in prima rapuerunt fata juventa,
Non immaturo funere raptus obis.

Hujus innixi Authoritati scripsimus & nos in Grammatica propria *Licet dixere* pro dixerint:

---------- *Minxi mictumque requirit*
Mcio, *licet* Mingo *veteres dixere latini.*

Quippe Indicativo præponi solet: Sed cum adjunctum habet *Qui, Qua, Quod*, fere semper subjunctivo adhæret, *isti homini fides non est habenda quippe mentiri solet.* vel. *quippe qui mentiri soleat. pecunia non indiget hæc virgo, quippe qua pulcherrima sit. Hujusmodi cibi genus edet nemo, quippe acerbum est, vel quippe quod acerbum sit. Utqui, utpotequi* eodem construuntur modo.

Quin pro *Sed* subjunctivo, idque eleganter præponitur: *Non dubium, quin palam faciat*: i, e. *Sine dubio palam faciet. Non dubium est, quin uxorum nolit filius*, Ter. &c. *Quin* pro *Cur non* indicativo præponi solet. *Quin taces? quin sedes*, &c.

Antequam, Prius quam, & *Postquam* utrique Modo præponi possunt: *Prius quam pereo* vel *peream*. &c. Has voces eleganter sic dividas: *Literas prius scire oportet, quam Syllabas.*

Sicut, sicuti, quasi, tanquam, utcunque, cum utroque etiam, legas: *Tanquam feceris ipse aliquid*, Ter.

Cum vel *quum, si, nisi, si, sin, siquidem* cum utroque etiam sæpius tamen subjunctivo. *Cum fueris felix, multos numerabis amicos?* &c. *Mirum, ni domi est*, Ter. &c.

Utinam, O, O si semper subjunctivo præponuntur, *Utinam saperem satis. O mihi præteritos referat si Jupiter annos!*

Ne particula prohibendi imperativo vel subjunctivo præponitur: *Ne time*, vel *timeas.*

Ac *Atque, Quam* sequuntur, *Aliter, secus, Contra, perinde, æque*: *Non secus eum diligo, ac si meus esset frater*, Ter. *Perinde contra, ac putaram.*

Cum minus, *Tum* majus quid denotat, *Odit cum literas, tum virtutem*, i, e *Odit literas, & quod majus est, virtutem.* vel *odit quidem literas, sed præcipue virtutem.*

Tum tum valent *Et &*, *Petrus est vir tum doctus, tum pius. & doctus & pius.*

Et in ſecundo ſententiæ loco ſitum valet *Etiam*: *Odit non ſolum literas, ſed & virtutem.*

Nedum in oratione affirmativa minoris momenti rei adjungitur, in negativa majoris momenti, *Sanguinem pro te effunderem, nedum pecuniam*: *Non pecuniam, nedum ſanguinem pro te effunderem*, &c. Vides eoſdem copulare caſus.

Tot & *Quot*, *Tantum* & *Quantum Toties* & *Quoties*, *Tam* & *quam* *Æque* & *ac* vel *atque* in oratione conjungi ſolent: *Non tantum habeo pecunia quantum tu*; *æque bene ſtuc ſcio, ac tu*, &c.

Diſcrimen inter *Cum* & *Quando*.

Quando utimur cum interrogamus, *Cum* vel *Quum* citra interrogationem: *Quando invises matrem? Quando ibis rus? Cum accerſor a parentibus. Cum viſum fuerit Præceptori me permittere.*

Quando etiam utimur citra interrogationem, ſed in alia ſignificatione, ſc. pro *Quoniam*: *Quando ſuperis ita viſum eſt, æquo animo ferendum*, &c.

Deſcrimen inter *Hactenus* & *Jam*.

Vulgo erratur in hac voce *Hactenus*, etiam a viris doctis & literatis, *Hactenus prandi*. &c. aiunt, pro *jam*.

Hactenus tempus præteritum. & continuatum denotat, *jam* præteritum, ſed non continuatum *Hactenus ceſſavimus, poſtea erimus diligentiores. Hactenus de Nominibus actum, nunc ad verba procedamus. jam prandi jam ſcripſi thema.* Cave dicas *Hactenus prandi*, ni intelligas tempus aliquod continuatum. *Hactenus prandi apud te*, vel. *in tuis ædibus*. ſc. ex quo in urbem veni, vel forte ad Scholam. Nunc apud alium prandebo.

De *Nuper*, *jam*, *Modo*, *Mox*, *Brevi*, *ſtatim*.

Nuper de præterito tantum *Jam* & *Modo* etiam de præſenti, *Mox*. *Brevi*, *Statim*, de futuro ſolum dicuntur. *Frater nuper rediit ex Gallia*, *Pater jam rediit*, *vel redit ex curia. Præceptor mox*, *ſtatim*, *brevi aderit.*

Ut.

In & *Ut* (uti dictum alibi) omnium vocum quoad conſtructionem difficillimæ, hæc tamen quam illa difficilior.

Ut pro *Quam*. *Poſtquam*, *Quomodo*, indicativum poſtulat: *Ut male eum metuo!* Ter. *Ut in urbem venit, agrotare cœpit. Ut vales? Rogat pater, ut valeat filius*: *Ut* i. e. *Quomodo*.

Valeat in subjunctivo non ponitur vi hujus vocis *Ut*, sed quia subjugitur Actino verbo *Rogat*.

Ut pro *Quamvis* subjunctivum; *Ut dolint vires; tamen est laudanda voluntas.*

Ut pro *Utinam* etiam subjunctivum; *Ut te Diiperdant*, Ter, sed malim hic supprimi *Oro* aut *Precor ut Dii te perdant*. Alibi dictum hominem irâ inflammatum solere voces supprimere, quo in statu fuit hic, qui hæc protulerit.

Ut post verba timendi ponitur pro *Ne*, aut *Ne non*: *Metuo ut substet hospes*. Ter. i. e. *Ne non substet. Vereor, ut hostis moriatur vereor ne amicus moriatur*. Sed nescio, an hoc sit perpetuum. Qui plura hac de re velit. consulat Grammaticam *Nouvelle mothode*, pag, 579 & septem proxime sequentibus.

Discrimen inter *Ut* & *Quod*.

Ut causam finalem, *Quod* efficientem denotat. *Huc veni, ut latine loqui discerem*. *Loqui latine est finis*, ob quem huc veni *Mater tua Gaudet quod in literis magnum facis progressum*: *Progressus tuus in Literis* est causa. cur gaudeat mater.

Ut Semper subjunctivum. *Quod* indicativum vel subjunctivum postulat: *jubet Pater, ut ad se venias. Gaudeo. quod vales*, vel *valeas*.

Ut sæpe & eleganter supprimitur, *Quod* nunquam: *fac ad me veniat Frater. Gaudeo. quod vales* non *Gaudeo vales*.

Ut convertas idque eleganter in relativum *Qui, quæ. quod*. *Quod* in *quia*, sed non adeo eleganter: *An adeo ignarus es, ut*, vel *qui hæc nescias: Gaudeo, quia vales*.

Ut sequitur *Tam*, *Tantus*, *Tot Adeo*, *Ita*. *Sic*, non *Quod*: *Petrus tam doctus est, ut nemini cedat Soror tua est adeo pulchra ut omnibus sit admirationi*.

Utrumque per infinitivum convertitur: *jubeo scribas*, vel *ut scribas*, vel *jubeo te scribere Gaudeo, quod bene vales*: Sed melius, *Gaudeo te bene valere*. Hoc *Dictum*, illud *Appellatum*, a quibusdam vocari solet, ornatiusque loquimur per *Dictum*, *Gaudeo te salvum rediisse*; quam per *Appellatum*, *Gaudeo, quod Salvus redierit*. Cur autem hoc *Appellatum*, illud *Dictum* vocent, nos latet.

Annotatiuncula:

Præsens Subjunctivi præsenti & futuro indicativi, Imperfectum reliquis tribus, temporibus inservire solet, *Pater jubet & jubebit, ut ad se venias jubebat, jussit, jusserat, ut ad se venires*, &c. Interdum aliter videre est: *Orare jussit heras, seames, ad se ut venias*, Ter. *De ordine Compositionis*.

Ordo compositionis est. quo ipsi Authores utuntur: *Est arbitrarius*, vel *ad certas leges restrictus*. Nulla autem,

&ciam, linguarum eſt, quæ hac in re tanta utitur licentia, quanta Latina. Exceptis paucis voculis. in ſingulis phraſibus quemlibet obtineat locum. Nec tamen hic deeſt ſua in diſponendi modo elegantia, quam ex optimis authoribus diſcere ſatius eſſe judicamus quam Grammaticæ præceptis hic deſcribere.

Pauca voces peculiarem ſibi ſitum
Vendicantes.

Nam & *Sed* primum in oratione obtinere ſolent locum: *Nam pater juſſit*, non, *Pater nam juſſit*: *Eſt puer acuto ingenio ſed admodum negligens*: Non, *Admodum ſed negligens*. Apud, poetas aliter interdum videas.

Et contra. *Autem, Enim, Vero, Quidem, Quoque* ſecundum locum obtinent. *Petrus enim fecit. Ille vero dixit.* &c.

Que, Ve. & *Ne* Interrogativum aliis vocibus ſemper annectuntur, *Dixitque noviſſima verba. Tune ille Æneas? Legitve. Id* circo voces *Enclitica* appellantur, quia ſtare vel conſiſtere nequeunt, niſi aliis inclinent vocibus.

His addas. quas vocant; *Syllabicas adjectiones*; *Dam. Cunque*, Ce, Met, *Quidam. quicunque*, Egomet. &c.

De ordine Reſolutionis.

Ordo Reſolutionis eſt, quo in Authoribus interpretandis utimur qui etiam varius eſt prout ſc. lingua, in quam convertis, admittit: Ex ea igitur pendet reſolutionis ordo: Vulgo tamen hæc pauca obſervantur Præcepta, hiſce verſibus comprehenſa.

1 Principium capiant *hortandi*, ſive *vocandi*
Particulæ, & ſimiles: ac *Interjectio* quævis;
Et *Conjunctio* præpoſitiva: 2 ſub hæc cape quintum.
3 Quem ſequitur primus: 4 quodque illi rite cohæret.
5 Perſonale dein (finitum ſit modo) Verbum.
6 Mox *Adverbia* pluraque 7 Caſus poſtea Verbi.
8 Utque regens merito præit ordine dictio rectam
9 Sic ſubſtantivum ſubnectitur Adjectivo.
Excipe Gentile, aut cum tranſit, participiumve.
Quod ſi quid tacitum fuerit, ſupplere memento.

1 Primo loco ſumas particulas excitandi. cujuſmodi ſunt *Adverbia hortandi, Vocandi, demonſtrandi, prohibendi, negandi*: item hæc & ſimilia. *Cum, Dum, Quando, Donec*, &c.

vel *Conjunctiones ordinis præpositivi*, aut *Interjectiones*. &c. *O Pamphile, Salve. O Si recuperari tempus elapsum possit. Ne jures. Non faciam. Hic maneas, donec rediero*, &c.

2 Si superiora desint, & vocativus in oratione fiat, ab eo incipiendum: *Tityre, coge pecus* Virg.

3 Hinc ad Nominativum ante verbum procedendum, verbum intelligo principale. *Quid agat pater tuus, Scire cupio*: hac in phrasi *Cupio* Verbum est principale *Agat* & *Scire* illi Subserviunt. Præterea, si quod verbum Nominativi fungatur vice, ab illo ordiendum: *Legere & non intelligere est negligere*.

4 Siqua dictio Nominativo cohæret, forte. Adjectivum, vel substantivum cum eo convenientia, aut genitivus ab illa rectus, vel quivis alius casus, aut vox ab illo dependens una cum Nominativo verbum præcedunt: *Dominus Jesus Christus humani generis unicus redemptor summopere colendus est.*

5 Dein sequitur Verbum personale finiti modi. si vero Verbum fuerit impersonale ab illo inchoandum: *Peccati me pœnit et.*

6 Verbum sequuntur Adverbia, quæ illius adjuncta seu circumstantias declarant: *Petrus adfuit heri: Scite scribit.*

7 Hinc casus a verbo recti, quicunque illi fuerint: & plerunque, si plures sint, eo ordine, qui in declinando observatur, ita ut Dativus Accusativum præcedat &c. *O Melibæe, Deus nobis hæc otia fecit: Deus fecit nobis hæc otia.*

8 Dictio regens rectam præcedit: *Quid causæ: Utilis reipe bibens aquam: Satis verborum*, &c

9 Adjectivum substantivo præponendum: *Dulce pomum mihi datum fuit.* &c. Excipiunt vulgo Adjectivum Gentile. *Buchananus Scotus*: Verum si integram proponamus sententiam (ut semper fieri oportet, priusquam hac in re quid respondeatur) Adjectivum præcedere cernes: *Buchananus fuit Scotus*: Sine dubio *Scotus vir. Buchananus fuit Doctus*; sc. *Vir*: Vere quidem excipitur adjectivum transiens; i. e. quid a tergo regens: *Buchananus fuit vir doctus artis poeticæ*, &c. Excipiunt tertio, ubi est participium: *Præceptor docet amulans.*

10 Si quid in oratione desit, supplendum: *Quid tua? sc. refert. Me miserum*: sc. O vel *Heu*, &c.

Exceptio a Regula octava.

Quod *rogat*, atque *refert* semper præcedere gaudet.

Figurâ 8 dictum vocem regentem rectæ esse præponendam, hinc excipe *Interrogativa* & *Relativa*, *Quem quæris? Utrum horum mavis? Cujus est hic liber?* Hic etiam notandum Nominativum Verbum sequi: *Quid dixit pater?*

Relativa, *Qui. qua. quod. qualis, quantus. quot*, & similia in quocunque ponuntur casu. Verbum præcedunt: *Hic est liber, quem amiseram, quo carus. Talis est servus qualis herus. Tot habeo libros, quot tu: Tantum pecuniæ. quantum tu.*

Admonitio.

Summa & unica fere, in lingua Latina difficultas est Verborum resolutio. quam ex mille pueris pauci admodum superant. Ea est illius præ aliis, non dicam vocum connexio, sed potius confusio, ut unde exordium sumas. & quo postea eundum, scire haud facile sit. Num hæc hujus Linguæ sit ignitas & præstantia, judicent alii *Difficilia.* fateor. *qua pulchra.* Sed interim magna est puerorum crux & carnificina. Non raro per octo, novem, aut forte plures, a periodi principio Lineas exordiendum & per saltum ad primam Vocem redeundum; hinc, nescio quo resiliendum discurrendum; ita ut singulas, licet Vocum significationes satis noris, universarum tamen sensum non intelligas. Mirantur multi. nes linguæ *Gallicæ* multo breviore temporis spatio acquirere, quam Latinæ notitiam. Ut hic omittam, quod hujus vocabula variis declinentur, & flectantur modis, illius in omnibus casibus eadem semper maneant. quod haud parum laboris & molestiæ discentibus creat, hic, de quo loquimur, vocum ordo. & situs obstaculum est ingens & multis insuperabile. Quid. Potest quis ex libro *Gallice* conscripto vernacule tibi reddere, quamvis illius Linguæ Verba non prius perlegat. quia nimirum eodem, ut plurimum, disponuntur ordine. quo vernacule reddendum. At in Lingua Latina longe aliter se res habet. Quis mortalium istuc præstabit. Satis hic si prius perlectam sententiam Vernacule reddas. præterea *Gallica* raro. vel fere nunquam Verba supprimit. Latina ubique & fere semper quod licet. ut aiunt, magna, sit illius præstantia, ingentem tamen pueris creat difficultatem: Cui malo, ut ex aliqua parte medeamur, Supradictis Regulis hanc aliam subjiciemus.

Imprimis quæras Verbum: Dein dispice, quid sit Præpositum verbo; quid subjungatur eidem.

In

In omni oratione, ut sæpius jam dictum, necesse est, ut sit Verbum expressum vel subauditum: Quo reperto, petas Nomen quod æque necessarium est, nam hæ sunt partes orationis essentiales sine quibus nulla esse potest oratio: 3 Vide, quid hasce partes orationis comitetur, vel ab iis regatur. quid ad legitimam constructionem constituendam necessarium, supprimatur; licet non semper necesse sit, ut vernacule reddas.

Ad Pleniorem adhuc hujus rei illustrationem paucas hasce sententias resolvere visum est. quas facili negotio ad regulas supra traditas reducere possis.

Aptissima omnino sunt, Scipio & Lali, arma senectutis artes exercitationesque virtutum, Cic.

O Scipio & Lali, artes & exercitationes virtutum sunt omnino aptissima arma senectutis.

Hæc præcepta servantem licet magnifice, graviter, animoseque vivere Id.

Licet servantem hæc præcepta vivere magnifice, graviter & animose.

Miserum est fuisse Felicem, Id.
Fuisse Felicem est miserum:

Difficilia, quæ pulchra, illa sunt difficilia, quæ sunt pulchra vel *Illa quæ sunt pulchra sunt difficilia.*

Semper eris pauper, si pauper es. Æmiliane:
Dantur opes nullis nunc, nisi divitibus. Mart.
O Æmiliane, si tu es pauper, tu eris semper pauper:
Quia opes Dantur nunc nullis, nisi divitibus.
Hospita, Demophoon, tua te Rhodopeia Phyllis
Ultra promissum tempus abesse queror. Ovid.

O Demophoon, ego Rhodopeia Phillis, tua hospita queror te abesse ultra promissum tempus; vel *ultra Tempus promissum a te.*

Tres notus abreptas in saxa Latentia torquet:
Saxa vocant. Italis Medijs quæ in Fluctibus erant. Virg.

Notus

Notus torques tres naves abreptas in Saxa latentia sub [illegible] *vel aquis: qua saxa Itali vocant aras in mediis fluctibus: vel qua saxa* (entia vel sita) *in mediis Fluctibus Itali vocant aras.*

Hæc verba in publico Edinburgi Cœmeterio Monumento cuidam insculpta reperies, *Sua ætatis quarto sexti supra decimum lustri.*

Quæ sic resolvas, *Vir, qui hic sepultus est, obiit mortem quarto anno sexti lustri supra decimum lustrum sua ætatis* i.e. *quarto anno decimi sexti lustri*, agens sc. annum septuagesimum nonum.

Cur Peregre exempla afferimus, satis superque domi habentes? Haud paucæ sunt apud *Despautersum* Regulæ. quas, nescio, an mortalium quisquam, inconsultis ipsius *Manibus*, possit resolvere. unicam in medium adducam.

Apponens conjunge pari casu duo Fixa,

Esto res eadem: declaratumque præito.

Quidam sic resolvunt: O *Apponens*, i. e. *O Figura appositio. conjunge tu duo Fixa in pari casu, res esto eadem.*

Alii: *Tu apponens*, i, e, *tu loquens per figuram Appositionum conjunges*, &c.

Vel sic: *Tu apponens*, i. e. *uniens*. vel *una collocans duo Fixa, conjunge ea in pari casu, si, vel eum res sit eadem.*

Non nulli hunc in modum: *Conjunge tu duo fixa in pari casu, eadem res esto Apponens*, i, e. *Figura* Appositio.

Apponens conjunge pari casu duo fix
esto res eadem declaratumque præito

FINIS.

Tho: Home est mihi nomen

Tho: Home

Thom

Thomo Home

Amen

Thomas

Home est mihi

nomen

GRAMMATICÆ DESPAUTERIANÆ

Cum nova novi generis gloſſa,

Authore:

JACOBO KIRKWODO,

DUMBARENSI.

PARS TERTIA.

EDINBURGI.

Ex Officina *Georgii Moſman.*

GRAMMATICÆ DESPAUTERIANÆ

Cum nova novi generis glossa,

Authore:

JACOBO KIRKWODO,

DUMBARENSI.

PARS TERTIA.

EDINBURGI:

Ex Officina Georgii Mosmanni.

Thomas Homo est mihi nomen 1700

De Literis.

LIteræ, a b c d e f g h i j l m n o p q r s t u v x y z.

A e i o u y *Vocales*, reliquæ *Consonantes* appellantur: *y* in Græcis solum vocibus reperitur.

Ex vocalibus fit *diphthongus*; estque quarundam vocalium in unam syllabam contractio; nempe, ae, ai, au, ei, eu, oe, yi: *Cæsar*, *Maia*, *audio*, *eia*, *eurus*, *cœlum*, *Troia*, *harpyia*. *ai* & *ei* a multis Diphthongi non habentur; *Maia Maja*, *aio ajo*, *Troia Troja* pronunciantibus. Quid de Interjectione Hoi faciant, ipsi viderint duabus oportet constare syllabis; tribus Ergo *Maia* & *Troia*.

Hinc *ua*, *ui*, *uo* &c. diphthongi non sunt, *quatio*, *loquimur*, *loquar*, &c. licet in unam contrahantur syllabam.

Consonantes, { mutæ; b, c, d, f, g, p, q, t,
liquidæ. l, m, n, r,
duplices; *j*, *x*, *z*.

J & *u* nunc vocales, nunc consonantes vides, sed sub diversatum specie tum potestate. In voce *Jovis* prius *j* consonans, posterius vocalis: in *Virtus* prius v consonans, posterius vocalis. Quidam tamen, etiam apud nos Valiter pronunciant, sc. *Uolumus*, *uoluntas uirtus* in aliquibus regionibus septemtrionem versus.

H in tertia parte litera non habetur: hinc *E* in *Vcho* immediate præcedit *o*, ut postea melius patebit.

K apud Latinos in usu non est.

Annot.

Quem apud *Romanos* literæ sonum, & potestatem habuerint, mortalium credo scire nemineme: Varia apud varias nationes earum nunc est pronunciatio: ea autem quæ sit, viva voce monstrari tantum potest. Hic solum innuimus. perpetam proferre plurimas, Alias ut ommittam, procul omni dubio docet Vossius, *ti* in *Artium* Gen. Plur. eodem pronunciandi modo, quo in *Arti*. Pariter in *gis*, *git*, &c. *G*. eandem habet

bet potestatem, quam in *Lego*, prout apud Germanos pronunciatur &c.

Sed per nos utrumlibet eligas In his & similibus communem insistimus semitam.

Quum fueris Romæ, Romano vivito more,
Quum fueris alibi, vivito more loci.

De Syllabis.

Vocalis ex se syllabam efficit, *Eo* dissyllabum: Consonans non, nisi per vocalem: *C N.* nullam constituunt. Interponatur *o*: inde *Con*: Hinc *Consonans* dicitur, quia una cum vocali sonat Idcirco vocalis, non Consonantis quantitas consideranda, ita ut idem sit rogare, quanta sit *a* in *Pater*. ac Pa vulgo tamen integram pronunciamus syllabam, ne dubitet respondens. quæ sit vocalis, cujus quantitas quæritur. si in voce binæ extent: Sic, quanta est *Tol*, vel *Lo* in *Tollo*?

Tertia igitur Grammatticæ Pars agit de Syllabarum quantitate. & Carminum notitia.

Quantitas est syllabæ mensura. Syllaba est longa, brevis vel anceps seu communis.

Longa duo continet tempora, seu magnam habet inter pronunciandum moram. ut *ce* in *Docere*. & sic notari solet (-)

Brevis unum continet tempus. seu parvam habet moram, ut *ge* in *legere*, & sic solet notari. (v)

Anceps nunc parvam, nunc magnam habet moram. ut postea per *lu* in *volueris* patebit.

Præposterum judicamus prius Carminum notitiam quam Syllabarum quantitatem docere. Quis vel versus scandere, vel componere possit, quantitatum Syllabarum ignarus?

Dum postponuntur vocali consona bina,
Aut duplex; longa est positu. 1 Quod si duo subsint
Finali, raro positu producitur illa.

Vocalis. quam duæ consonantes. aut unica duplex sequuntur longa est positu seu positione. sc. duarum consonantium post vocalem, *Ast, est, mars, bellum; Vox, horizon, Hujus*, &c.

Longa positione etiam; cum prior dictio in consonantem desinit. & sequens ab ea incipit. ut *ter* in *Pater dixit* &c.

1 Si vero præcedens in vocalem desinat, & sequens a duabus consonantibus incipiat. raro hæc vocalis producitur positione ut apud Ju. *Occulta Spolia*, &c.

Cum muta liquidam ſcribens in Syllaba eadem;
Ancipitem ponas vocalem; 1 quæ brevis eſſet.
2 Hanc tamen in proſa ſemper breviare jubemus:
3 Sunt *L*, *R*. liquidæ: queis raro jungimus, *N*. *M*.

Quum muta & liquida ſequuntur vocalem brevem, ita ut neutra in eadem ſit ſyllaba cum illa vocali, in verſu erit Anceps, in proſa brevis; ut *Patris*, *Agri*, *libri*, *tenebræ*, *Atlas*, &c. Vide inquam legas *A-tlas*. non *At-las*. Sic enim longa eſſet poſitione, ut *ob* in *obruo*. quia dicimus *ob-ruo*; non. *o-bruo*.

1 Oportet, ut illa vocalis alioquin ſit brevis: ut *Pa* in *Pater* *a* in *ager* ſemper a Poetis corripiuntur; *pa* in *patris* ergo, & *a* in *agris* vel corripi vel produci poſſunt, At *a* in *mater*. *frater*: *ater*. *ater*. ſemper producuntur, ergo, & in *matris*. *fratris*. &c. Vocalis, quæ fuit brevis, fit anceps, ſed longa manet ſemper longa.

In proſa *volucris*. *tenebræ*. penultima ſemper brevi pronuncianeum

4 *L*. & *R*. liquidæ in Latinis vocibus; *M* & *N* etiam in græcis; ideirco *a* in *Agnus*, licet ſit ante mutam & liquidam. & neutra in eadem cum illa ſyllaba, ut in orthographia patebit, longa tamen poſitione; quia vox eſt Latina. At *Cygnus Progne*, voces Græcæ, interdum corripiunt priorem.

Diphthongum produc in Græcis atque Latinis,
In Græcis ſemper: verum ſubeunte latina
Vocali, brevio; veluti *Prai* atque *præſtus*.

Audio, *cæna*, *Eacus*, &c.

1 Vocalis brevis ante aliam manet uſque Latinis.
2 Ni Capit *r*, *fio* produc; 3 & nomina quintæ
E ſervant longum, ſi præſit *i*, ceu *Speciei*.
4 Anceps *ius* erit patrio. 5 dic ſemper *alius*.
Alterius brevio tantum: commune ſit *Obe*.
Cai vel *Cai* produc. 6 Conformia junge.
Dianam varia: longa *Aer*, *Dius*, & *Ebenus*.
7 Et patrius primæ cum ſeſe ſolvit in ai.
Hic Græci variant nec certa lege tenentur.

1 Vocalis ante aliam vocalem in Latinis dictionibus brevis; *Pius, audio, mihi, nihil.* &c. Oportet semper sint in diversis syllabis, in *audio*, non *a*.

2 In verbo *Fio* producitur *i*, nisi *r* sequatur. *fi* in *fio, fiunt, fiam*, longa: in *fierem, fieri*, brevis.

3 Nomen quintæ declinationis *e* inter geminum *i* producit; *Dies, speciei.* &c.

5. Adjectiva genitivum in *sus* formantia in prosa longam, in versu communem faciunt vocalem. *illius, unius*, &c.

5 *Alius* in Nom pennlt. brevi, *Gen* longa:

6 *Pompeius Pompei.* &c.

7 *Aula* apud Virg Gen. *aulæi* pro *aulæ* penult longa.

8 Vocalis ante vocalem in græcis dictionibus est incerta, *tri* in *latria* vulgo longa; *phi* in *Sophia* brevis, &c. At *Philosophia* penult nunc brevi, nunc longa a multis pronunciatur cum innumeris aliis, de quo postea, dum de Accentu.

1 Derivata patris servabit dictio normam;
2 Consona si patris maneat: 3. docet istud *Aratrum*.
4 Multa tamen tolli vatum monumenta docebunt.

Primitivi & derivativi eadem est quantitas: *Mo* in *Moveo* brevis. ergo omnia ab eo formata; ut, *Moves movet* &c. *movebam. bas.* &c. *movebo bis*, &c. *movere, movens, movendum* &c. Et contra *Mo* in *Movi* longa, ut postea patebit, ergo in *Moveram, Moverim. movero*, &c. Pariter, *Sanguis Sanguinis* penult brevi, ergo *Sanguineus* eandem corripit Syllabam, nempe Antepenultimam.

2 Cur hæc verba hic sint ponenda, vix video.

3 *Aratrum* venit a supino *Aratum*, quod producit penultimam, ut postea patebit. Ideo *ra* in aratrum producitur: sic *Lavacrum* a *lavatum*, &c.

4 Complura ab hac Regula excipi a poetis comperies: quædam in primitivis longæ, in Derivativis breves Syllabæ, ut *lu* in *luceo* *ſa* in *ſagio*, *ſo* in *ſopio*, *mam* in *mamma*, *ſi* in *ſignum* producuntur. at in *Lucerna, Sagax, ſopor, mamilla, ſigillum* corripiuntur, Et contra, *ma* in *macer. te*, in *Tego*, *hu* in *humus*, &c. corripiuntur: at *matero. tegula, humanus* producuntur. De reliquis consulas poetas.

1 Simplicis observat mensuram Compositivum;

Quæ-

2 Quanvis Diphthongus, vel vocalis varietur. Hanc legem ſpernunt 3 *Ducus* a *dico*, *innubus atque Pronubus* 4 *ambitus* : 5 *nihilum* cum *ſemiſopitus*; 6 *Pejerat* a *Juro* cum *dejerat* 7 *Agnitus*, atque *Cognitus* adjungas: ſed 8. *Connubium* variato. 9 I brevies in *Itum*; tamen in *Comitia* produc.

1 Simplicis & compoſiti eadem quantitas, quanvis diphthongus vel vocalis mutetur: ut *lu* in *ludo* longa; ergo in *colludo*. &c.

2. Quanvis, inquam, Diphthongus vel vocalis mutetur, eadem tamen manet quantitas; *ci* in *Occido* longa, ab *ob* & *cado*, at brevis ex *ob* & *cado*, quia *Cado* corripit priorem, non *Cædo*: Sic *clu* in *concludo* producitur. quia componitur ex *con* & *claudo*; cujus prior longa. utpote diphthongus: Pariter, antepenultima in *Inimicus* brevis, quia prima in *Amicus* brevis, &c.

3 Nonnulla excipiuntur, *di* in *dico* longa; brevis tamen in his & ſimilibus, *Cauſidicus*, *Maledicus*, &c. Nemo dixerit hæc venire a *dico dicas* primæ conjugationis, quod quidem priorem corripit: hinc *Prædico*, *as*, penultima brevi, & *prædico*, *is*, longa. *nu* in *nubo* longa, in *pronubus*, *innubus* brevis.

4 *Bi* in *Ambitus* Nomine brevis. participio longa. quanvis *I* in *Itum* ſupino ab *Eo* corripiatur.

5 *Hi* in *nihilum* brevis, quod aiunt componi ex *ni* & *Hilum*, quod priorem producit. Sic *ſo* in *ſemiſopitus* brevis, longa in *Sopio*.

6. *Ju* in *juro* longa. *je* in *dejero*. *pejero* brevis.

7. *Gn* in *agnitus*, *cognitus* brevis, at longa in ſimplice *notus*.

8. *Nu* in *nubo* longa, ut dictum, at in *connubium* anceps.

9. Verbum *Eo* corripit priorem in ſupino *Itum* ut ſuo loco patebit, at *Comitium* ſeu *Comitia* antepenultimam producit.

De *quantitate Præpoſitionum in Compoſitis.*

Se & Di.

Se produc, & Di, præter *Dirimo*, atque *Diſertus*. Sepono, diduco, &c.

Re.

Est *Re* breve: at 1 *Refert* a *Res* producere debes.
2 *Rejecit* & *reicit*: nam quæ *Jacio* tibi formant,
1 prius interdum tollunt, ut corripiantur:
3 Addit, vel demit metri gravitate Poeta.

Re Præpositio inseparabilis brevis; ut, *reduco*, *repono*, &c. 1 *Re* a Nomine *Res* producitur, ut in hisce phrasibus, *meâ refert*, *tuâ nil refert*, &c. 2. *Re* in *rejecit* longa positione, ut prius dictum: at Poetæ auferunt metri gratiâ J, inde *reicit*, *re* brevi. 3 ut *rettulit* pro *retulit*, *cœlestum* pro *cœlestium*, &c.

Pro.

Est *pro* breve in Græcis: *pro* longum rite latinis.
Corripias *pronepos*, *profugat*, *profugit*, *proficiscor*.
Hisce *profectio*, *protervus* junge *procello*, *procella*,
Atque *profana*, *professa*, *profunda profista*, *profari*.
Sed variant *procuro*, *propino*, *propello*, *profundo*.

Pro in Græcis brevis, *prologus*, *propheta*, &c. in Latinis longa, *produco*, *propono*, &c. Cætera patent.

Ab, *ad*, *ante*, *De*, *E*, &c.

Finis ubique tenent normas *Ab*, *ad*, *ante*, vel, *e*, *de*.

Hæ præpositiones eandem in Compositis, quam extra composita habent quantitatem. *Ab*, *ad*, *ante*. per regulas postea tradendas breves. ergo in *abeo*, *adeo*, *antepono*, &c. *E*, *De* longæ. ut suo loco patebit, ergo & hic, *edueo*, *deduco*. Excipe, si positio impediat, ut, *absum*, *abes*, *ab* in priore longa, posteriore brevis. Et contra. longa corripi potest, sequatur vocalis, ut, *desum deeram*, *De* hic brevis, illic longa at *De* in *deeram* vulgo produci solet, contrahendo in *deram*. Nam omnis syllaba ex duabus conflata producitur, ut *Vemens*, *vemens*, de quo peculiaris postea tradetur Regula.

Circum vel posteriorem producit positione, ut *Circumdo* vel corripit ante vocalem, *Circumago*, *Circumeo*, &c. De quis ex his conjecturam facias, ut *Avoco*, *Oberrat*, *Interea* &c. quæ omnia ex Regulis de ultima vocum syll patebunt.

De I & O in fine prioris partis compositi.

Pars si componens fini prior *i* vel *o* donat;

Sit breve: *Cunctipotens* & *Timotheus* manifestant:
1 Quod si non semper manet *i*, producito semper.
2 Sive queunt voces per partes scribier usquam.
3 *A Quotus* atque *Dies* poteris variare: at *Ibidem*
Et 4. *Tibicen* erit longum: cui jungis *Ubique*.
Protrahit *Ausonius* 5 *Matricidam* gravitate.
Lagopus, *Geolophus* atque *Theophila* produc;
Cum *Leucopetra Geometra* jungitur apte.
6 Quod *Medius* facit atque *Dies* producito semper.
Idem masculeum produc, neutrum breviato.

1 Finiens priorem dictionem in Compositio brevis est, *Omnipotens*, *agricola*, *magnificus*, &c. Hinc *ti* in *multiplico*, *multiplex*, anceps per Regulam. *Quum muta liquidam*, &c. De *o* priorem in Compositio dictionem finiente habes in Annot.

1 Excipe, ubi *i* variatur, ut in *Qualiscunque quantilibet* &c. quia *Qualemcunque*, *quantumlibet* dicimus.

2. Producitur etiam, ubi vox composita separatim scribi possit. *Parvipendo*, *magnifacio*, &c. quia scribere licet in duabus dictionibus *parvi pendo*, vel *pendo parvi*, &c

3 *Ti* in *quotidianus*, *quotidie*, Anceps.

4. *Bi* in *tibicen* longa, in *tubicen* brevis, de quo vide sequentem regulam.

5: *Ti* in *Matricida* corripi debet, apud Auson. tamen producitur. *Matricida Nero proprii vim pertulit ensis.*

6. *Ri* in *Meridies* longa, num vero componatur ex *Medius* an *Merus* & *Dies*, judicent alii: quia in medio die est merus seu purus dies.

Annot.

1. In aliis etiam *i* produci reperies, *Tricent*, *tricesimus biga*, *quadriga*, *utrobique*, *pridie*; *postridie*. &c. Sed ex his nonnulla ad sequentem referas regulam. *Bi* in *Ubicunque* anceps habetur.

2. De *o* finiente priorem in composito dictionem certa Regula tradi nequit. In Græcis vulgo brevis, *Astronomus*, *Oeconomus*. *Philosophus*, &c. Excipe, ubi prior in ω desinebat, *Geometra*, *Minotaurus*. &c. Sed qui, quæso, Linguæ græcæ ignari istuc norint?

3. Longa etiam in pleriſque latinis, *Introduco, alioqui. quandoque quandocunque utrobique*, &c. At brevis in *Hodie. quandoquidem, quoque* (Conjunctionem intelligo) & forte pluribus brevis etiam, ubi ex duobus Nominibus componitur. ut *Sacrosanctus.*

4. De *a* etiam & *e* certa tradi nequit regula, *quatenus* longa *Hexameter* brevis; &c. *Nefas, neuneo, neque*, breves: *ſedecim, nequaquam, nequicquam*, longæ, &c. Interdum apud eundem Authorem nunc brevem, nunc longam reperias, ut *Pe* in *Tepefacio* in his verſibus apud Uſon.

Frigida deſerto tepefecit membra cubili.
Alia tepefaciet permiſta flumina cæde.

De his poetas conſulere oportet: Hic ſatis eſt monuiſſe hæc & ſimilia melius corripi, *Calefacio, frigefacio. madefacio, patefacio*, &c. Hæc vero ſemper produci, *Mecum. tecum. ſecum, memet*, &c.

u Vulgo corripitur, *ducenti, quadrupes, Carnufex.* &c. At in *Genuflecto. cornupeta, uſuvenit* & ſimilibus *u* anceps eſſe volunt quidam, alii longum ſtatuunt.

Y corripi ſemper ſolet. *Polyſyllaba.*

Syllaba, quæ ex binis conflata eſt, longa locatur.

Hinc *bi* in tibicen longa, in *tubicen* brevis, quia hæc ex *Tuba* illa ex *tibia* & *cano* fit; hic *ba* in *bi* mutato, illic *bia* in *bi* contracto; pariter longa eſt *ve* in *vemens*, pro *vehemens*, mat in *fumat* pro *fumavit*, *it* pro *iit*, &c. Sic, ſine dubio, *ſtri* in *poſtridie*, *prs* in *pridie*. pro *poſteridie*, cum infinitis aliis. Neſcio tamen an ubique locum habeat hæc Regula.

Præterita Diſſyllaba.

Præteritiva tenent primam diſſyllaba longam.

Tolle *bibit*, *ſcidit*, & *fidit*, ac *tulit*; ortaque *do, ſto, Veni, vidi, vici*, &c. Excipe *bibi, ſcidi, fidi tuli, dedi, ſteti.*

Præterita Geminantia.

Corripiunt binas geminantia: ceu *Ceciderunt.*

Tolle *Ceciderunt* a *Cædo*; a *pedo pepedi.*

Verba Geminantia corripiunt duas primas ſyllabas, niſi poſterio impediat. *Tango tetigi, pello pepuli*: *Mordeo momordi.* &c. Hic vides in *Momordi* poſteriorem produci per poſitionem.

Cæ-

Cado cecidi, pedo pepedi, mediam producunt.

Supina disſyllaba.

Cuncta ſupina tenent primam diſſyllaba longam.
Præter nata *ſero,* 1 *cieo, lino, ſto, ſino, ſiſto.*
Do, vo, cum *queo, eo, reor*; at 2 *Staturus atum* dat.
Præ *tum* vocalem de *vi* reliquis dato longam,
Quæ formant aliter, correptum flecte Supinum.

Supina diſſyllaba producunt priorem, *Uſum luſum.* &c.

Hæc novem excipiuntur, *Satum.* 1. *cieo citum* (at *cio* uartæ *ctum* producit) *Litum, ſtatum* a *ſto,* & *ſiſto, ſitum, atum, diſrutum* a *diruo,* nam *ruo* format *ruitum, quitum itum, atum.* 2. de Supino *ſtatum* nulla mihi occurrit autoritas, *ſta n ſtaturus* longa, at in *ſtatio* & *ſtatus us, ui* brevis. 3 Omnia lia verba cujuscunque conjugationis producunt ſyllabam ante um a præteritis in *ivi, Peto Petivi petitum, audio audivi au- itum,* &c. 4 Quæ ab *ivi* non veniunt corripiunt. *Taceo tacui acitum, agnoſco agnovi agnitum,* &c.

De Cremento Verbi.

Crementum verbi eſt. cum quævis alia perſona plures habet yllabas, quam ſecunda ſingularis præſentis indicativi activæ vo- s. eſtque primum, vel ſecundum.

Primum eſt, cum hæc perſona per unicam ſyllabam exce- itur, ut *Amas amamus: Audis audimus. Loquis* (quaſi a *lo- uo,* nam fingendum) *loquimur.*

Secundum, cum per duas, aut tres, vel forte quatuor, *Audis udiveram, audiveramus audiebamini,* &c.

Primum crementum ante ſecundi adventum eſt in penulti- a, ut, *di* in *audimus*: cum acceſſerit ſecundum, migrat in an- penultimam, *Audiveram*: quodſi tertia addatur ſyllaba, ulte- us ſiniſtram verſus movetur, ut. *Audiveramus*: *di* primum ementum, *ve* & *ra* ſecundum: At in *Audiebamini, e. ba. mi.* cundum crementum. *di* primum: Sed quia vocalis eſt ante ocalem ad ſequentes Regulas non pertinet.

A in Cremento verborum.

A creſcens produc, niſi cremento *Dare* primo.

Amamus, Legebamus. Eramus, &c.

Excipe primum crementum verbi *Do* ut *damus. dabam. dato* &c.

&c. non vero *ba* in *Babamus*. quod eſt ſecundum crementum.

E in cremento verborum.

1 Ni ſubit *R*, produc *E* ſemper: 2 cum ſubit *R*, do
Cum ſocio ternæ breve præſens: 3 protrahe *reris*.
4 Semper *E* corripitur præ *ram*, *rim*, *ro*: 5 *beris* adde.
6 In reliquis produc; quamvis 7 *ſteterunt* Maro dicat.

1 *E* in utroque cremento cujuſcunque Conjugationis, producitur ubi R non ſequitur, ut *Amemus*, *amaremus*, *docemus*, *docuiſſemus*. *legebam legiſſemus*. *vellemus*. *eſſemus*. *fuiſſemus*, &c.

2 Omne præſens tertiæ conjugationis, cum ſocio, i. e. cum primo cremento Imperfecti ſubjunctivi ejuſdem Conjugationis, corripitur, ut. *Legeris* vel *legere* præſ. Indic. *Legere* Imper. & Infin. &c. At non in futuro indic. *Legar legeris* vel *legere*.

3 *Reris* vel *rere* in imperf. Subjunc. ſemper producitur, *legerer legereris* vel *legerere*. *docereris*. &c.

4. *Amaveram*, *amaverim*. *amavero*, *docueram*, *eram*, *fueram*, *potero*, &c.

5. Amabor *amaberis* vel *amabere*, *doceberis*, &c. primæ & ſecundæ conjugationis: at verba in *Bo* tertiæ producuntur in futuro indicativi, *Inſcribar inſcriberis* vel *inſcribere*. & c.

6. In omni tempore non dicto *E* producitur in qualibet conjugatione. licet *R* ſequatur; *Amaverunt*, *amavere*. *docuerunt*, *legerunt*, *audiverunt*. *fuerunt*. &c.

7 Virgilius & alii corripiunt interdum hanc tertiam pluralem. *Steterunt*, *tulerunt*.

Obſtupui ſteteruntque comæ & vox faucibus hæſit. Virg.
Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes. Id.

I. O & U in Cremento Verbi.

1 *I* produc primo cremento, dummodo quartæ
Eſt Verbum. 2 debet ſemper producier *Ivi*.
Corripe præteritis *Imus* undique; *Venimus* edit.
In ſubjunctivo *rimus ritiſque* 4 licenter
Invenies. 5 dices *nolito*, *velimus*, & *itis*,
Et *ſimus*, *ſitis*. produc. 6. Erit *u* breve, non o.

1 I in primo cremento quartæ conjugationis. producitur, *dimus*, *auditis*, *audito*, *audirem*, &c. His addas *iham*, *im*

trem. &c. Alibi corripitur, *Legimus, amabimus, docebimus.* &c.

2. *I* ante *vi* in quacunque conjugatione longa. peto *petivi.* audio *audsvi.* &c.

3 I*mus* in præterito semper brevis. *amavimus. docuimus, audivimus, fuimus,* &c. Etiam in dissyllabis quartæ conjugationis. Veni *venimus,* Nam *Ni* hic in *venimus* non habendum est primum crementum, ut in præsente *Venio venimus* penult. longa

4 A*mavermus amaverstis.* &c. corripiunt penultimam: *Licenter.* i. e. per licentiam poeticam (non legitime) producta forte legas. vid. annot.

5 *Nolsto, nolimus, velitis, simus. sitis. possitis,* &c. producuntur.

6 *O* Semper longa. A*matote. estote.* &c. *u* brevis; *Volumus nolumus, sumus, possumus, malumus,* &c. At longa in participiis. *Amaturus futurus.* &c.

Annot.

De R*emus* & *ritis* in subjunctivo magna est inter Grammaticos dissensio. *Diomedes, Probus, Servius,* quibus suffragari videtur *Vossius* in futuro produci aiunt: At contrarium habet Ovidius.

Obscurum nisi nox cum fecerit orbem.
Videritis stellas illic ubi. &c. 2 Met alibi.
Hæc ubi dixeritis, servet sua dona rogate.

Quoad præteritum *Diomedes* & alii brevem esse volunt, *Probus* contrarium asserit: per licentiam, aut necessitatem tantum corripi, ut apud Virg.

Namque ut supremam falsa inter gaudia noctem
Egerimus nostis &c. Æn 6.

Quasi vero Poetarum optimus eo redactus fuerit ut licentia uti hac in re cogeretur.

De Crementó Nominis

Crementum Nominis est. quum quivis alius casus plures habet syllabas, quam nominativus; estque primum vel secundum.

Primum, cum Nominativus exceditur per unicam Syllabam ut *Caput capitis* &c.

Secundum, cum per duas aut forte tres: *Caput capitibus, præceps præcipitibus.* &c.

Pri-

Primum Crementum est in penultima ante secundi accessum: Quod cum fiat, migrat in antepenultimam; vel forte ad sedem illâ priorem, ut in exemplis allatis videre est.

Prima declinatio in singulari crementum non habet: de plurali, postea, ubi de reliquis.

Crementum secundæ Declinationis.

Quæ sequitur primam, tantum producit *Iberi.*

Secunda declinatio omnia corripit ut, *Vir viri*, *Miser miseri*, &c. Excipe solum *Iber iberi.*

Ut se habet crementum in Genitivo, pariter in reliquis casibus; *Miseri Misero.* &c.

Crementum Tertiæ.

A & O.

1 Dic *atis*: 2 *onis* ab *o* fer: 3 *inis* breve: 4 protrahis *enis*. 5 *On* si vertis in *o*, mensus sit, qui fuit ante.

1 Thema *thematis* brevis 2 Sermo *Sermonis* longa 3 homo *hominis*. 4 Anio *anienis* 5 de *on*, ut postea docebitur, certa regula tradi nequit nec de *o*, quod etiam in *on* fit. ut *Britto* vel *Britton Brittonis* breve. *Eburo Eburonis* longum, &c. De propriis nominibus raro certa traditur Regula.

C.

Dices *halecis*, nec spernes *Melchisedecis*.

Halec *halecis*, longa, sed hoc, ut alibi dictum, potius ab *Halex*, de quo suo loco. *Melchisedec* etiam longa.

D:

Davidis a *David* dices: *Bogudis* *Bogud* optat.

Davidis pen brevi. leges etiam longa.

L.

1 Masculeum dat *alis*: neutrum formatur in *alis*. 2 *Elis* cum *solis* produc, 3 reliquis breviatis.

Hic *Hannibal Hannibalis*, brevis: hoc *animal animalis*, longa, 2. *Daniel Danielis*. 3 *Consul consulis*, *vigil vigilis*, &c.

N.

On nimis incertum est: 2 *En inis* dat: 3 cætera produc.

1 De *on* consulere oportet Poetas: certa enim, ut jam dictum, Regula tradi non potest. Quædam Crementum producunt, *Baeton*, *Helicon*, &c. Pleraque quidem corripiunt

R

1 *Aris* produco neutris; *Nectar*, *jubar* aufer. Protrahe *nar*, *naris*, *furis*, *veris*, *Decimeris*; *Bizer*, *ser* & *Iber*. 2 in *ter* græcum, *athere* dempto. 3. *Oris* ab *or* produc: 4. cum neutris corripe Græca *Arboris* & *memoris* brevies; 5. indictaque cuncta.

1. Hoc *calcar*, *calcaris*, longa; Hic *Cæsar Cæsaris*, brevis, 2 *Crater Crateris*, &c. longa. 3. *Honor Honoris*, 4 Hoc *marmor aquor*: Hic *Nestor*, *Hector Oris* breve 5 *Mulier*, *Guttur*, *Martyr*, &c. *Par paris* in omni genere corripitur.

As.

1. *Atis* ab *as* produc. ab *anas anatis* breviato.
2 Cætera corripies: nisi 3 *Vasis*, dico *vadis vas*.

1 *Pietas Pietatis*, &c. 2 *Mas Maris*, *Pallas Palladis*, *Lampas Lampadis*, &c. 3 hoc *Vas vasis* longa, hic *vas vadis* brevis.

Es.

1 *Es* breviat: nisi cum *locuples*, *merceſque*, *quieſque*. Sic *Hæres*; 2 jungo Græcum, quod præbuit *etis*.

1 *Miles militis*, *Interpres interpretis*, *Ceres Cereris* &c. 2 *Magnes magnetis*, *Lebes lebetis*, longa. *Manſues manſuetis*, vox latina penult. longa pro quo nunc *manſuetus*, *a*, *um*.

Is

Is brevia: *Samnis*, *glis*, *lis*, *dis* tolle, *Quiriſque*.

Pulvis pulveris, *Sanguis ſanguinis*, *Lapis lapidis*, *Charis charitis*, &c. at *Samnis Samnitis*, pen. longa, &c. *Delphis* vel *Delphin Delphinis*, pen. longa etiam. Vid. finita in *N*.

Os

Protrahit *os*: tria corripiunt *bos*, *compos*, & *impos*.

Cos cotis, *Cuſtos cuſtodis* &c. *Bos bovis*, *Compos compotis*, brevis. De *Arbor* vel *Arbos* & ſimilibus, Vid. R.

Us.

1 *Us* breviat: 2 tollas præ *dis ris*, *tis*, quod habebit *Us* præter *pecudis*, *ſiquiſque*, *intercutis* addo.
3 At *Melius melioris* habet: conformia junge.

1 *Corpus corporis*, *Venus Veneris*, &c. 2 *Palus paludis*, *Tel-*

lus telluris, rus ruris; *Virtus virtutis*, 3 *Melius* & omnia reliqua comparativi gradus producunt crementum, *Pejus pejoris*, &c.

Bs, *Ps*, Ms.

Conſona cum præit *s*, patrii penultim acurta eſt. Hinc *Cyclops*, *Seps*, *Gryps*, *Conops*, *Cercops* removeto, *Plebsque*, *Europs*, *Hydrops*. 1 fuge *Cyclopis* atque *Dolopis*. *Celebs celibis*, *inops inopis*, *hyems hyemis*, &c. 1 fuge *Cyclopis*, i. e. ne corripias penultimam: fuge *Dolopis*, i. e. ut producito, ſed corripe penultimam.

T.

A *Caput* eſt *capitis* breve: *ſinciput*, *occiput*, addas.

X

1 Præ *gis* vocalem brevio: producito *Lex*, *Rex*.
2 Ex *ieis* abbreviat; *vibex* niſi: 3 cætera produc, Præter *Abax*. *ſimilax*, *atrax*, cum *Dropace*, *Candax*, *Fax* & *Atbax*, *Pharnaxq*; *Panaxq*; *Storaxq*; *Colaxq*; *Pix* & *Onyx*, *illux*, *Hiſtrix* cum *maſtice varix*. *Coxendix*, & *Erix*, *ſornixque Calixque Cilixque*. Dic *filicem*, *ſalicem*, *laricem*, *natricemque*, *nivemque*, *Cappadocem*; brevibus cum *præcoce* ſubjiciamus. *Dux*, *trux*, *nux*, *crux*, atque *volux* variabo y *Sphacem* Et *Bebrycem*, raro nomen producimus iſtud.

1 Finita in *ex*, quæ Genitivum in *gis* formant, corripiunt ſyllabam ante *gis*, ut Grex *gregis*. *remex remigis*. *conjunx conjugis*, &c. 2 *Vertex verticis*, &c. 3. *Pax pacis*, *vox vocis*, *felix felicis*, &c. Exceptiones ex Regula patent.

Crementum plurale Nominum & Pronominum.

A longum, Eque: ſcies, ſimul *O*; ſic profer *Earum*, Muſarum, *Rerum*, *Dominorum*: ſicque *Dierum*.
U brevis *Ique* manet; *Verubus Gravibuſque* notabis.

De quantitate ultima ſyllaba.

A in fine.

1 *A* declinatum brevia: 2 ſed protrahe ſextum.

3 Et quintum, cujus rectus producitur; & 4 *Mna*.
Producunt noſtri quædam muliebria Græca
In recto, ut, *Tegea*: ſine teſte nihil volo tale.
5 Non declinatum produc. *Ita* cum *quia* demptis
Et 6 *puta* non Verbo: 7 *Cinta* melius loco longa.
8 *Poſtea* & *ultra* leges cum *contra* curta licenter.
Eia rapit Flaccus: Sidonius 9 *Halleluja*.

1 Per *declinatum* hic intellige Nomina, non Verba *Penna* ſc. non *Ama*: 2 P*ennâ*, &c. in Abl. longa. 3 *Thomas* Voc. *Thoma*, *ma* hic longa, quia *mas* longa; At *Maria*, *Scribâ*, &c. corripiunt ultimam tam in Voc. quam in Nom. 4 M*na* longa; quia contrahitur ex M*ina*; de quo ſuperius. 5 A in omnibus per caſum non declinatis longa, *Ama*, *Fruſtra*, *Praterea* &c. 6 P*uta* i. e. *Videlicet* brevem eſſe volunt: ſunt, qui negent talem legi vocem Apud Perſ. *Puta*, *puto* legunt. Sat. 4. 7 Finita in *Cinta* melius longa; *quadraginta*, *quinquaginta*, &c. 8 *Poſtea* in una voce longa, aliquando brevis: de *Contra*, *Ultra* idem cenſeas. 9 *Halleluja* (pro quo metri gratia. *Hallequeluja* quidam ſcribunt) i. e. *Deum laudate*, cum vox Latina non ſit, per nos ultimam corripias, vel producas.

E in fine

1 *E* brevia: 2 primæ produc & nomina quintæ,
3 Cum naris: 4 addes plûralia cuncta ſecundæ.
Junge *Doce* & 5 ſocias. 6 monoſyllaba longa repone.
Aſt correpta manet tibi vox 7 *enclitica* quævis.
Omnia produces 8 Adverbia, ſiqua ſecundo
Manarunt flexu, quæ Gloſſa docebit aperte.
Sed *Bene* cum *Male* corripies: *Mage*, jungitor illis;
Pro *Mage* tu *magis* in proſa proferre memento.
Sunt *Ferme* atque *Fere* producta, quibus dabis *Obe*.

1 *Mare*, *Docere*, *Rite*. 2 *Penelope*, *Die*. 3 *Hodie*, *Quotidie*. 4 *Cete*, *Tempe*. Sed hæc in plurali contrahuntur, ut Linguæ Græcæ gnaris notum. 5 *Stude*, *Vide* &c. interdum tamen corripi videbis, ut *ve* in *Cave* apud Ovid.

Te cave defendas, quamvis mordebere dictis. 6. *Me*, *Te*, *Se*, *Compoſita*, *Meme*, *Seſe*. 7 Vox enclitica corripitur, ſc.

Quæ, Ve, Ne; Ut *Armaque, Deosve, Hominesne.* His addes adjectiones syllabicas; quales *ce, pte, Hisce*, Me*apte*. 8. Adverbia cujuscunque gradus a secunda Declinatione deducta producuntur, *Docte, Doctissime, Valde* pro *Valide*. Hinc vides *Facile* Adverbium corripi, *Factilime* produci.

I in fine.

1 *I* longum pono. 2 Vocitantem contraho ternæ;
3 Sæpeque Græcorum ternum, *Minoïdi* teste.
Sed 4 *Nisi*, sive *Quasi*, *Mihi*, *Ibi*, *Sibi*, *Ubi*, variabis
Et *Tibi*; junge 5 *Cui*. 6 Quidam invariabile nomen
Corripiunt. 7 Semper finita per *Y* breviabis.

1 *Venti*, *Legi*. 2 Vocativus tertiæ brevis, *Phyllis, phylli*; Vid. 1 Annot. 4 *Nisi* & *Quasi* raro producuntur. 5 *Cui* contractum corripi nequit. 6 *Synapi* &c. Vid. 2 Annot. 7 *Æpy, Moly.*

Annot.

1 Caute profecto, sed ambigue admodum ait hic *Despauterius* Græcorum Dativum sæpe corripi. planius certe, sed minus vere tradit D. *Deixius*. Græca crescentia solum corripi. Contrarium apud summos haud raro videre est poetas.

Utraque formosæ Paridi potuere videri; Ovid.
Qualis adest Thetidi, qualis concordia Peleo, Catul.

Quidnam ergo hic dicendum? An, *Græci variant, nec certa lege tenentur*? Nequaquam: sed *Græci corripiunt, Latini producunt*. Si, inquam, *Di* in *Paridi* tanquam Græca terminatio consideretur, brevis est, sin, ut Latina, producas; quia quinta apud Græcos declinatio, & tertia apud Latinos, quæ Græcorum quintæ respondet, eandem hic semper habent terminationem. Et revera eodem res redit, ac si dicas, *I* in hisce Nominibus esse anceps: fatemur tamen sæpius corripi.

Dativus contractus semper producitur, *Demosthenis*, pro *Demosthenei*. *Metamorphosi* pro *Metamorphosei*.

Quæ non crescunt, semper etiam longa, *Orestes Orestis Oresti*.

2 De indeclinabilibus in *I* haud minor difficultas, *Iansenista* in quorum solummodo Grammatica horum quantitatem tradit reperio corripiunt, *Gummi*, *Sinapi*, *Hydromeli*: nullam tamen adducunt auctoritatem. Miror profecto *Buchananum*, *Vossium* aliosque viros doctissimos de iis nihil scribere, sine dubio longa statuentes. Et detur, quod *Sinapi* in Nom. Acc. & Voc. corripiatur

ripiatur, nescio tamen, an in reliquis fiat casibus. cum in Dat. saltem apud Græcos, sit *Sinapi* pro *Sinapii*. De similibus simile sit judicium. Per nos anceps statuatur. corripe. si Græco produc. si latino more consideres.

Quoad *Frugi*, & similia, nequaquam corripienda; quia, ut volunt *Jansenistæ*, page 216. *Frugi* vel Dativus est ab usitata voce *Frux*, vel potius antiquus Genitivus pro *Frugis*. Non tamen Adjectivum, ut vulgo habetur, *Homo frugi*, sc. bonæ, i. e. sapiens & providus. *Ad bonam frugem redit*, vulgo dicimus i. e. *ad sanam mentem*, vel potius, *Res familiaris illi jam cura est*. vel *rebus suis jam prospicit*.

O in fine

1 *O* commune datur: 2 produc monosyllaba, 3 jungens
Cum terno sextum; atque 4 Adverbia nomine nata.
At variabo 5 *Cito*, cum *Sedu'o*, *Mutuo*, *Crebro*,
Seroque. Sit curtum 6 *Modo* solum, sed breviari
7 *Ergo* pro *Causa* non vult. 8 Produco quaterno
In casu Nomen, cujus fit in *Us* Genitivus.
9 O patrium produc: 10 variare Gerundia possis.

1 *Sermo*, *Amo*, 2 *Do*, *Sto*, *Pro*. 3 Dativus & Ablativus semper producuntur, *Libro*, *Templo*. 4 Producuntur etiam Advetbia a Nominibus ducta; *Tanto*, *Quanto*, *Multo*, *Falso*, &c. Sed hæc vera sunt Nomina, ut hic, *Multo me doctiores* 5 *Cito* vulgo corripitur, *Sedulo*, *Mutuo*, *Crebro* fere nunquam. 6 *Modo*, i. e. *Nunc*, anceps; in Dat. vel Abl. longa, pro *Solummodo*. brevis. 7 *Ergo* pro *Causa*, longa: *Venimus illius ergo*: alias etiam vulgo producitur. 8 In quaterno casu, i. e. in quatuor casibus, ut *Dido*, *Echo*, & similia in omnibus casibus producuntur. 9 *Androgeos* in Gen. *Androgeo*, ut suo loco dictum. 10 Gerundia, licet Ablativi casus, interdum corripiuntur.

U & *B* in fine.

1 *U* semper produc. 2 *B* contrahe: 3 barbara deme

1 *Cornu* 2 *A*, *Ab*, *Sub*, 3 *Job*. &c

C in fine.

1 *C* produc. præter *Nec*, *donec*: 2 sed variabis
3 *Hic* bene Pronomen, 3 *Fac* Verbum jungimus isti.

1 *Die, hoc, ſic,* &c. 2 *Hic* Pronomen anceps 3 ſunt qui negant *Fac* corripi, & ſi brevis reperiatur, legendum aiunt *Fac* ut apud Ovid.

Jane face æternos pacem pacisque miniſtros

D & T in fine.

D breve ponatur, ceu *T*; niſi ſyncopa fiat: *Sĕd, Caput* &c. *Fumât* pro *Fumavit* longa, de quo prius.

L in fine.

L breve: cum *Sol, Sal, Mel,* tolluntur 1 Hebræa *Animal* &c 1 *Michael,* &c.

N in fine

1 *N* produc; demas *An, In,* & 2 prolem, *Tamen* atq; *Forſitan,* & *Forſan, Viden*; huic 3 conformia jungens 4 Quod cat *inis* curtum eſt; velut 5 *on* quod tertia neſcit. 6 Corripitur quartus, quando brevis ultima recti eſt. 1 *Non, Sin, Agamemnon.* 2 *Dein, Proin,* 3 *Noſtin, Egon,* 4 *Carmen, Pectĕn.* 5 *Ilson Ilii, Synodos Synodon* in Acc: 6 *Maria Marian* brevis: *Thomas Thomam* longa.

R in fine.

1 *R* brevies. 2 produc cujus dat patrius *Eris.* Addito *Iber, Aer, Æther:* ſit *Celtiber* anceps. Produc interdum *Vir Cor*: producito ſemper *Cur, far, lar, nar, fur, par.* 3 prolem vix breviabo.

1 *Pater, Itur,* &c. 2 *Character Characteris* penultima longa 3 *Compar, Impar* ſæpius producuntur: *Ver* etiam produci ſolet, licet hic non ponatur.

As in fine.

1 *As* produc. 2 ſed *Adis* quæ dant patrio breviantur, 3 Et ternæ quartus. 4 Vates novus *Elias* inquit.

1 *Pietas, Amas.* 2 Græca formantia *Adis* vel *ados* in Genitivo corripiuntur, *Lampas lampadis* &c. Hinc *Vas vadis* longa, quia vox Græca non eſt, nec habet *ados.* 3 Corripitur etiam Accuſativus pluralis Tertiæ Declinationis, *Lampas lampades* vel *lampadas, Tros troes* vel *Troas* &c. 4 Baptiſta Mantuanus corripit *Elias.*

Es in fine

1 Ponitur *Es* longum. 2. pluralia corripe Græca,
Quæ creſcunt; velut 3. *Es* de *Sum*. 4 *Penes* 5 *Inquies* adde
Cum 6 neutris; 7 & ſi patrio penultima curta eſt
Ternæ; tolle *Ceres*, *Aries*, *Paries*, *Abies*, 8 *Pes*.

1 *Dies Ames* &c. 2 Græca creſcentia in Nom. & Voc: pluralibus corripiuntur; *Lampades* &c. At non in Acc: 3 *Es* a *Sum* brevis, ab *Edo* longa. 4 *Penes* Præpoſitio brevis; *Penes* Nom: pluralis a *Penis*, longa: 5 *Inquies* Nomen Adjectivum brevem eſſe ajunt, at Inquies i. e. *dices* longa. 6 Hoc *Hippomanes* &c. brevis. 7 Nomina tertiæ corripientia Genitivum brevem habent Nom: & Voc: ſing: *Miles militis*, *Seges ſegetis*: 8 *Pes* longa, at compoſita interdum corripiuntur. ut apud Auſon. *Qui bipes & quadrupes*; *mox & tripes omnia ſolus*. *Prapes* & *perpes* volunt à *Pes* componi: contrarium aſſerunt *Janſeniſta* pag. 788

Is in fine

1 *Is* brevio, 2 verum plurales protrahe caſus
3. *Isque*, quod in patrio mutatur in *Itis*, & *Inis*,
Aut *Entis*. *Tethys* vario. *glis*, *Vis* quoque Nomen.
Cum Verbo longum eſt; 4 veluti perſona ſecunda
Protrahit *Is*; quoties *itis* plurale requirit.

1 *Lapis*, *amatis*, *eſtis* &c. 2 *Is* ubique in plurali Nominum longa, *Pennis*, *Ventis*, *Omnis*, *urbis* pro *omnes* vel *omneis*, *urbes urbeis* in Acc. plur: *Nobis*, *Vobis* &c. *Samnis Samnitis*, *Delphis* Delphinis, *Simois Simoentis* 4 producitur ſecunda ſingularis Verborum, quæ formant ſecundam pluralem in *itis* longam, *audas auditis*, *velis velitis*, *poſſis poſſitis* &c. *dis* in *audis*, inquam non *tis* in *auditis* &c.

Os in fine

1 *Os* produc: 2 patrius brevis eſt & *compos* & *impos*,
Oſque oſſis præbens. 3 rectos breviato ſecunda.
4 *Os* recti produc., quoties tibi patrius *o* dat.

1 *Mos flos* &c: 2 *lampas lampados* &c. 3 *Synodos* vel *ſynodus*: *ſynodi* &c. 4 *Androgeos Androgeo* &c.

Us in fine.

1 *Us* correpta datur. 2 Monosyllaba cum Genitivis
Ternæ vel quartæ produc, 3 numerique secundi
In quarta primum, quartum quintumque. 4 & in *uis*
Dumve *utis* patrius, vel in *udis*, & *untis odisve* est,
5 Aut Quintus dabit *U*, longus tum rectus habetur.

1 *Ventus, amamus* 2 *Rus, Dido didus*, 3 hujus *fructus* his *hos*, & o *fructus* 4 *tellus telluris, virtus virtutis, palus paludis, Opus opuntus tripus tripodis* &c: hæc & similia in *u* producuntur 5 item *Panthus panthu*, quasi *Panthous* (dissyllabum) *Panthou, ou* Diphthongus apud Græcos.

Admonitio.

Syllaba, cujus quantitas ex præcedentibus regulis non patet ex probato aliquo authore petenda: Si, inquam dubites, quanta sit *fa* in *Fagus*, unico fere temporis momento omnes tertiæ partis Regulas animo percurras: Fa inquias in *Fagus*, non longa positione, non Diphthongus, non Vocalis ante Vocalem; non Verbum in præterito dissyllabum, aut illud geminans, non compositum, non derivativum, non Nomen crescens, multo minus Verbum, nihil rei habet cum ultima syllaba, ergo authoritate petenda: occurrit in primo apud Virg: Versu:

Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi.

Hinc, ut postea patebit, manifeste apparet Fa in *Fagus* esse longam. Et quoniam sæpe nulla nobis occurrit authoritas; ideoque comparati sunt libri qui cujusvis fere vocis quantitatem exhibeant, cujusmodi *Smetii Prosodia*: hunc in finem liber haud inutilis: utilior tamen esset, saltem multo minore constaret pretio si superflua excerperentur. Cur, quæso, innumeræ illic traduntur authoritates, nulli prorsus usui? V. G. Si authoritatem petas in Mo in *Moneo* aut *do* in *doceo* illic invenies forte *Docemus Docebam Docebo Docebunt* cum multis aliis si, inquam Do in *Doceo* brevis sit, non est quod dubites de *Docemus, Docebam* &c.

Alia quorundam hic est querela quod sc. non raro adducatur authoritas ex eo Carminis genere quod ipsis est ignotum *Iambici* forte *Anapæstici* aut *Archilochii* &c. Nonnulli enim sunt (etiam inter viros doctos) artis poeticæ adeo expertes, ut ipsum *Terentium* solutâ oratione constare putent. Huic ma-

si quis mederi velit, gratum certe opus multis præstabit. Istue magna ex parte à nobis hic suppletum, utpote quinque apud *Despauterium* Versuum generibus viginti plus minus alia adjecimus: quæ si pulchre calleas, vix ullus in *Smetio* occurret Versus quin ad aliquod apud nos Carminis genus referri possit.

De Carmine.

Carmen seu *Versus* est Oratio ad certas mensuras restricta: fitque ex pedibus; Pedes ex syllabis.

Pes constat ex duabus, tribus aut quatuor Syllabis. Communiores sunt sequentes novem.

Pyrrhichius duas habet breves,	vv *Deus.*
Spondeus duas longas,	-- *Esßent.*
Iambus brevem & longam.	v - *Dabunt.*
Trochæus vel *Choreus* longam & brevem.	- v *Stare.*
Dactylus longam & duas breves.	-vv *Carmine.*
Anapæstus duas breves & longam,	vv- *Domino.*
Tribrachys tres breves,	vvv *Canite:*
Proceleusmaticus quatuor breves,	vvvv *Celeriter.*
Choriambus longam, duas breves, & longam,	-vv- *Historia.*

Iidem Pedes metrice descripti.

Pyrrichius geminis brevibus fluit & salit acer.
Spondeum longis liquet & constare duabus.
Syllaba longa brevi subjecta vocatur *Iambus.*
Quod si longa brevem præcedat, habeto *Trochæum.*
Dactylus ingreditur longa brevibusque duabus.
At geminis fertur brevibus longaque *Anapæstus,*
Tres brevians *Tribrachys* rapido volat ocyor Euro.
Vult *Proceleusmaticus* brevibus constare quaternis.
Longa duæque breves, & longa creant *Choriambum.*

Annot.

Plurimi alii sunt pedes: *Bacchius* habens brevem & duas ngas, *Gubernans*: *Amphimacer*, longam brevem & longam gitans: *Molossus*, tres longas, *Currentes*: Quid omnes perrram? Enumerat Jo. *Alstedius* in sua *Encyclopædia* 124. t nimirum, quot excogitari possint à duabus ad sex syllabas lusivè; sed nulli prorsus usui. Totam ego primam, & s ndam Grammaticæ partem citius memoriæ mandarem, ltoque facilius retinerem, quam hosce omnes pedes. Sexa- ta & tres habet sex syllabis constantes. *Dichoreus*, inquit, brevibus, *Lasbulicula*: *Dicaneus*, sex longis, *interpella-*

tores

tores. *Cantolatius*, quinque longis & brevi, *Authoramentorum*: *Caniocreticus*, quatuor longis, brevi & longa, *experigiſcemini*, *Cretiocaneus* longa, brevi, & quatuor longis, *Concionabundi* &c. Quid plura repetam? *Exungue Leonem*. Non ſatis mirari poſſum, qui in hominis venerit mentem, tot barbara excogitare vocabula, idque in nullum uſum. Vocabulorum autem rationem ſeu originem quis gentium explicabit? Hæ igitur omiſſis ad rem redeamus.

Carmen Hexametrum.

1 *Hexametrum* ſenis carmen pedibus fit, & apte *Dactylus* eſt quintus, ſextam ſibi vult regionem *Spondeus*, reliquiſque locis ſit uterlibet horum.

2 Attamen ex aliis conſtare aliquando videbis.

1 *Hexametrum* carmen ſex habet pedes; primos quatuor *Dactylos* vel *Spondeos*; quintum *Dactylum*, ſextum *Spondeum*.

Arma, virumque cano, Troja qui primus ab oris, Sic ſcandas, *arma vi*, dact. *rumque ca*, dact. *no Tro*. ſpon. *ja qui* ſpon. *primus ab*. dact. *oris* ſpon.

2 Alios interdum videas pedes, ut apud Virg. in primo loco *Anapaſtum*, ſecundo *Proceleuſmaticum*; tertio *Iambum*, quinto *ſpondeum* reperies, in hiſce verſibus: Vulgare autem eſt quinto in loco habere ſpondeum; præcipue in materia gravi.

Fluviorum rex Eridanus campoſque per omnes.
Harent parietibus ſcala, poſteſque ſub ipſos.
Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.
Cara Deum ſoboles, magnum Jovis incrementum:
Diripite ex imis, evertite fundamentis, Buch. pſ. 137.

Annot.

1 Illegitimi hi pedes, de quibus hic agitur, ut plurimi fiunt in quatuor primis locis, cum remanet ex præcedente vi ſyllaba poſt aliquem pedem ſequenti inter ſcandendum jungenda; ut in hoc Virgilii verſu.

Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta.

Poſt primum pedem remanet *bus* in voce *Pectoribus*, Pe*ri* dact. *bus inhi*. &c. *bus inhi* pes illegitimus *Tribra*chus nempe pro *Da ylo*. Pariter in ſequente verſu pes tertius *bus* eſt pro ſpondeo.

Omnia vincit Amor, & nos cedamus amori.

Omnia dact. *Vincit a* dact *mor* & Iam. quia ſc. *mor*, remanet poſt ſecundum pedem.

In talibus, inquam, circumſtantiis non raro licentiam aſſumunt Poetæ illegitimis utendi pedibus, idque interdum in quinto loco, ut apud eundem Poetam pro *dactylo* ponitur *Tribrachys*.

Ille latus niveum molli fultus hyacintho.

Hic poſt quartum pedem. *Li ful.* reſtat *tus*, quod cum *hya* Tribrachin efficit: Quod fieri per cæſuram aiunt, quia, ſc. cæditur ſeu ſcinditur ſyllaba a fine vocis, & ſequenti adjungitur inter ſcandendum. Atque cum poſt unũ pedem remanet ſyllaba *Trieminerim*, poſt duos *Penthemimerim*, poſt tres *Hepthemimerim*, poſt quatuor *Ennemimerim* appellant, ut in prima & ſecunda. pariter & in tertia parte fruſtra Barbaris utentes Vocabulis.

2. Obiter hic obſerva, vocem *Troja* tribus legi & ſcandi modis, ſc. *Troja* cum *j* duplice conſonante: vel *Troia* diſſyllabum per Dipthongum *oi*. vel *Troia* triſſyllabum, quo autem modo hanc cum innumeris aliis Romani pronunciarint, mortalium credo ſcire neminem. Nos *jam, jaceo*, &c. Apud Belgas, quaſi *yam. yaceo*, ſed hæc & ſimilia, non, niſi viva voce, doceri queunt.

Carmen Pentametrum.

Pentametrum vult quinque pedes: pes tertius eſto
Semper *Spondeus*,; quartus quintuſque *Anapæſtus*.
In reliquis *ſpondeus* erit, vel *dactylus*, ut vis.

Pentametrum quinque conſtat pedibus, primo & ſecundo *dactylo* vel *ſpondeo*, tertio *ſpondeo*, quarto & quinto *Anapæſtis*.

Omnibus in videas, Livide, nemo tibi.

Scand. *Omnibus*. dact. *invide* dact. *as li*. ſpond. *vide ne*, Anap: *mo tibi*, Anap.

Aliter ſic ſcandas, poſt duos pedes ſit *Cæſura*, ſeu ſyllaba remaneus. deinde duos habes *dactylos* cum alia *Cæſura*, hoc modo.

Omnibus, invide, as, livide, nemoti, bi.

Ideoque hoc carminus genus requirit, ut poſt duos pedes ſit *Cæſura*. ſeu, quod eodem redit, ut remaneat ſyllaba cujus defectus reddit, ut hi verſus jure male audiant.

Hæc quoque noſtra ſententia mentis erat Diomed.
Troja virum & virtutum omnium acerba cinis. Catul.

Carmen Aſclepiadæum.

Vul *Aſclepiadis* verſus *ſpondeon* habere
Principio: binos hinc rite capit *Choriambos.*
Pyrrhichius ſequitur, quo non velocior alter.

Macenas atavis edite regibus, Hor.
Mace ſpon nas atavis, Cho. *edite re* Cho. *gibus.* Pyr.
Aliter ſcandas ſic. poſt *ſpondeum* & *dactylum* ſit *Cæſura* ſeu ſyllaba, dein duo *dactyli.*

Carmen Sapphicum.

Quinque pedes *Sapphus* carmen capit: eſſe *trochæum*
Vult primus, quartuſq; & quintus: Tertius autem,
Dactylus: ipſe locum ſumes, *ſpondee* ſecundum.
Hoc carmen poſt tres verſus ſibi jungit *Adonis*
Carmen, quod ſic fit, *ſpondeum dactylus* anteit.

Carmen *Sapphicum* conſtat *trochæo, ſpondeo, dactylo,* & duobus *Trochæis*

Ut queant laxis reſonare fibris,

Apud Catul. ſecundus quoque pes ſæpe trochæus eſt: Quem imitari videtur *Buch. Fs* 90.

Mox humi comis jacet arefactis.

Tribus *Sapphicis* ſubjungi ſolet *Adonis,* cui Verſus *Adonicus,* dactylo & ſpondeo conſtans; ut apud Buch. pſ. 103, *Nomen honoret, diſtat olympo,* &c.

Carmen Phaleucium.

Quum facies carmen, quod compoſuiſſe *Phaleucus*
Dicitur, in prima *ſpondeus* erit regione;
Dactylus inde datur; triplicem cui junge *trochæum.*

Verſus *Phaleucius* iisdem conſtat pedibus, quibus *Sapphicus*; ſed aliter diſpoſitis; ſc. *ſpondeo, dactylo,* & tribus *Trochæis.*

Paſſer deliciæ mea puellæ Catul.

De variis Carminum Generibus, diverſiſque eorum nominibus poſtea, nunc de nonnullis tertiæ partis figuris ad ſcandendum neceſſarius agendum.

Eclip-

Eclipsis & Synalœpha.

M neçat *Eclipsis*, ceu vocalem *Synalœpha*; Dictio dum sequitur, quæ à vocali incipiatur.

De Eclipsi.

Eclipsis est ablatio literæ *M* cum vocali præcedente, quoties dictio aliqua in eam desinit, & sequens à vocali aut diphthongo incipit, ut, *Multum ille*, &c Scande, *Mult il*, &c

Multum ille & terris jactatus & alto. Virg. *M* cum vocali præcedente interdum aufertur à fine Versus, cum sequens a vocali incipit, ut apud eundem.

Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem:
Et Foliis undam, &c. scande *humo r et foli*, &c.

Annot.

1 *M* non ablatum corripi aiunt, ut apud En. *Insignita fere unt millia militum Octo*

Militum vel dactylus est in quinto loco, vel, si auferas *M* um vocali, *Mili i' octo*, trochæum habes contra Regulam: trumlibet eligas.

2 *M* Interdum auferri volunt ante consonantem, ut evitetur Positio, ut in voce *Equorum* apud Lucret.

Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles,
scand. *Quoru du.*

3 *S* eodem modo auferri aiunt, ut *Quisquis quisqui* in hoc pud Alcin Versu Quod apud Comicos vulgare est.

Longe erit à primo quisquis secundus erit.

Non solum S, sed & vocalem ante illud aliquando auferri vont. ut apud Virg. *Is* in *Mediis*

Limina tectorum & mediis in penetralibus hostem.

Quidam legunt *Medium*, alii volunt *In* supprimendum.

De Synalœpha.

Synalœpha est ablatio vocalis ante vocalem, quoties dictio eam desinit, & sequens ab illa incipit, ut, *Vita est, vit' est, ve hodie, viv' hodie* in hoc pentametro,

Sera nimis vita est crastina, vive hodie.

Idem aliquando fit in fine versus; cum sequens à vocali inchoatur, ut apud Virg.

Sternitur infelix alieno pulvere, cœlumque
Adspicit, &c. Scande *Qu' adspicit.*

Scias diphthongum hic idem esse, quod vocalis, ut in ipsa regula, *Dictio dum sequitur quæ à vocali incipiatur, Qua à* [illegible] *qu' a*

Heu

Heu, O non perimes, at O interdum breviabis.

Heu & O auferri non solent, ut apud Ovid.

Heu ubi pa a fides! ubi qua jurare solebas?

O utinam tunc, cum Lacedæmona classe petebat.

O aliquando corripitur, quia consideratur, tanquam vocalis ante vocalem, ut apud Virg.

Te Corydon O Alexi, trahit sua quemque voluptas.

Annot.

In aliis etiam vocalis ante vocalem non semper aufertur, ut *ri* in *Pecori* apud Virg. alioqui deesset syllaba.

Et succus pecori & lac subducitur agnis

Pariter apud Ovid. O in *Ionio* manet ante *Immenso* in hoc spondaico, i. e. Versu spondeum habente in quinto loco.

Jactari quos cernis in Ionio immenso.

Et quod forte magis mirere, volunt diphthongum, aut vocalem longam non ablatam corripi, ut *la* in *insula*, & *qui* his versibus

Nunc magno nobis sunt insulæ ore canendæ.

Credimus an qui amant ipsi sibi somnia fingunt.

Quod si hic auferas vocales ante vocales, *in su l' ore* ... *Anqu 'a*, habes trochæos, pedes illegitimos, quod per ... licebit.

Synæresis seu potius *Synalæpha*

In Eadem dictione.

Vocalem perimunt plerumque in nomine eodem Sic, Maro docte, refers *Alvearia vimine texta.*

Synæresis, seu *Synalæpha* in eadem dictione est. cum in eadem voce aufertur vocalis ante vocalem; ut, in regula *Alvaria*. scandendum, *alvaria*, sic vulgo *Aureus*, *Aureis*, *Alv*... &c. *auris*, *alvo*:

Non tamen quaslibet licet contrahere voces, sed inve... tantum uti. Hasce sequentibus versiculis comprehensas, ... voles, contrahas.

Omnibus ista licent; *huic*, *cui*, *dii*, *diis* quoq; *dehinc*, ...

Proin, *deest*, *semianimis*, *prout*, *deorsum*, *prehendere*. *seor*...

Sic *ii*; sic *iisdem*, 1 Licet his conformia jungas

1, His conformia, ut *dein*, *deinde*, *deinceps*: ...

Deeſſis, Deeram: Cui, Cuidam, Cuivis: Iidem, Eodem: Semiamimis, Semihomo, Semiuſtus, Semiermis, cum innumeris aliis. Nec conformia tantum, ſed ſimilia, ut, *Antehac, antac, Anteit, antit,* &c.

Diviſa tamen legas, ut *Cui* in ſequente verſu, *Ille cui ternis capitolia colſa triumphis*, Albin.

Diæreſis.

Scandere ſi bene vis, cognoſce *Diæreſin* apte;
Ex una per quam duplex fit Syllaba ſemper:
Sic *Syluæ* vates Lyricus triſſyllabon effert.

Diæreſis eſt unius ſyllabæ in duas diviſio, ut apud Hor. *Syluæ* pro *Sylvæ*: Pariter apud Ovid. *Evoluiſſe* pro *evolviſſe*: In hoc pentametro. *Debuerant juſos evoluiſe juos.*

Nominibus Græcis non cõſonat J, ſed Hebræis:
Quapropter dices *Iacobus, Iambus, Iaſpis.*
Profer *Iulus, Iapys, Ioannes* & *Iaſon.*
Suaveque ab indoctis laniatum nomen *Ieſus.*

In hiſce nominibus *i* vocalis, non conſonans eſt, ut apud Hæbræos, ideoque *Iacobus* quatuor conſtat ſyllabis; *Iambus*, tribus, &c. Præcipue advertendum, ne ſalutiferum illud nomen *Ieſus* duabus ſyllabis conſtare putemus.

Regula Generalis.

Ultima cujuſque eſt Cõmunis ſyllaba verſus.

Errare poteſt nemo in ultima Verſus ſyllaba: hic brevem vel longam ponas. Ideoque, licet dixerimus Hexametrum, ſpondeum in ſexto loco habere: ponas tamen trochæum, ut apud Virg. *O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.*

Vitia in Carmine vitanda.

Barbara nulla inerit vox, aut incongrua metro;
Nulla redundabit; nulla integritate carebit,
Nil tranſponetur; nil confundet male ſenſum;
Nec rapies longam; nec produces breviandam;
Nec poſt vocalem, nec poſt *m* verſu in eodem,

Par-

Partibus à variis vocalis ritè ſequetur,
Syllaba ni pereat præcedens, ut modo dixi:
Nec ſuccuſſantes, nec pones molle crepantes,
Nec paucis numeris tibi multa licere putabis.
Nec tibi propones niſi ſũmos quoſq; imitandos.

In proſa ſic explices.

1 Nulla inſit vox Barbara, aut à Lingua Latina aliena.
2 Nulla Phraſis incongrua.
3 Nihil redundet.
4 Nihil deficiat: neque vox deſit, aut ulla vocis pars pro tota ponatur, ut apud ipſum Deſp. *Dili* pro *diligo*: *Cog.* pro *cognitus*, &c.
5 Nil alienum occupet locum, *i. e.* extra ſuos ponatur limites; in alio forte commate.
6. Nihil ſenſum confundat.
7 Nulla ſyllaba longa brevianda.
8 Nulla brevis producenda.
9 *Eclipſis* & *Synalœpha* ſuas agant partes.
10 Nullæ literæ, ſyllabæ, aut pedes ſuccuſſent, id eſt, duriter & aſperè ſonent, ut hic.

O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti.

11 Nil molle & languidum crepet, ſicut ſecundus hic pes

Sardanapalus ſe vitio fœdaverat omni.

Sic corrigas.

Sardanapalus erat vitium proclivis in omne.

12 In parvo poemate, noli nimiam ſumere licentiam.
13 Optimos ſemper imitare poetas.

Hactenus Deſpauterius.

Pauca alia carminis hexametri vitia, per quæ & aliorum facile dignoſci poſſunt, recenſere viſum eſt.

1 Hexametrum bonum non eſt, cujus voces inter ſcandendum non rumpuntur, ut hic.

Urbem fortem nuper cepit fortior hoſtis.

2 Nec, quod in fine multas habet diſſyllabas.

Semper ut inducar, blandos offert mihi vultus.

3 Nec quod *Rithmice* finit, vulgo *Carmen Leoninum* appellatum.

I nunc, & verbis virtutem illude ſuperbis, Virg.
Si Troiæ fatis aliquid reſtare putaſſet. Ovid.

4. Raro bonum, cujus ultima vox est monosyllaba.

Tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem. Virg.

Primum nam inquiram quid est furere, hoc si erit in te, Hor.

5 Nec quod multas & duras habet elisiones. & hiatus, & quo plures. eo pejus habetur, ut ex præcedente. & hisce duobus sequentibus patet.

Troja, nefas, commune sepulchrum Europæ, Asiæque.

Illam ancillam ego amo ante alias, atque ipsi ero amandus.

Materia tamen, seu res, de qua agitur sæpe hæc excusat vitia, vel potius virtutes reddit, ut in descriptione immanis cujusdam monstri.

Monstrum, horrendum ingens, avidum ore o Hecate atque Erebo ortum.

6 Nec forte bonum est, quod vel unicam habet elisionem; si in versus principio aut fine accidat.

Nam ut feruta cadas merstum majora subire.

Loripedem rectus derideat, Æthiopem albus. Hor.

Obiter advertas non eam requiri Carminis *Acribeian*, Seu curam in scribendis *Satyris*, qua in *Heroicis* opus est.

7 Nec, cui multæ insunt dictiones monosyllabæ.

Non est ex his, qui se sanos vivere curant:

8 Sicut ex monosyllabis, pariter polysyllabis oritur interdum carminis deformitas.

Quisquis luxuria tristive superstitione, Hor.

Complura alia enumerari possent carminis vitia. quæ instituta a nobis brevitas non patitur, ut prolixius prosequamur.

Ut vero, quæ restant, verbo dicam: Fugiendæ sunt voces & phrases omnes, barbaræ, impropriæ, obscuræ, priscæ, antiquatæ, sordidæ, seu humiles inflatæ, seu tumidæ; præcipue obscenæ, & turpes.

Præterea, sicut vocabulorum & sententiarum delectus est ipsa eloquentiæ fons & origo: proxima cura erit, ut apta sit vocabulorum, & sententiarum compositio, diversa enim earundem vocum dispositio sæpe facit, ut omnem amittant gratiam & elegantiam: V. G.

Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis.

Quæ verba, si ita vertas, flaccescent.

Crede mihi, lapsis succurrere regia res est.

Nonnunquam ipse vocum sonus rem quasi præ oculis ponit, ut factum vides a Virgilio Cyclopes Jovi in monte Ætna fulmina fabricantes dipingente.

Illi inter ſeſe magna vi brachia tollunt.

Poſtremo, licet in carmine Hexametro primis quatuor locis pro tuo arbitrio *dactylos* vel *Spondeos* ponas, vulgo tamen mixti ſunt, & plerunque plures *Dactyli*; ut apud Virg.

Infandum, Regina, jubes renovare dolorem.
Tityre tu patulæ recubans ſub tegmine fagi.

At in materia celeri ſæpe omnes reperies *dactylos*;

At tuba terribilem ſonitum Taratantara dixit.

Virgilius, equi celeritatem depingens ſic ait.

Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum. Et alibi columbæ. *Mox aere lapſa quietæ*
Radere ſuper liquidum, celeres neque commovet alas.

At contra in materia gravi & lenta *ſpondeis* præcipue utitur, dum virum pacato & lenti animo deſcribit.

Ollis ſedato reſpondet corde Latinus, Æn. 12.
Unus, qui nobis cunctando reſtituit rem, 6.

Alia carminum Genera.

Quinque apud Deſpauterium verſuum generibus hæc paucula ſubjungere viſum eſt: ac primo ſex parva, quæ *Hexametri Partes* vulgo audiunt; quorum tria ejus ſunt principium, reliqua finis.

Primum Genus, ſeu verſus *Archilochius* duobus conſtat dactylis, & cæſura. *Pulvis & umbra ſumus*, Hor. lib. 4. Od. 7.

Secundum genus, ſeu verſus *Alemanius* tribus dactylis & cæſura, *Munera lætitiamque Dei*, Virg. 1. Æn.

Tertium quatuor primis Hexametri pedibus, ſed ultimo dactylo, *Luminibuſque ſuis prior redit vigor.* Boeth.

Quartum ſeu verſus *Pherecratius*, ſpondeo, dactylo, & ſpondeo, *Nigris aquora ventis*, Hor. lib. 1. od: 5.

Quintum ſeu verſus dactylicus tetrameter quatuor poſtremis Hexametri pedibus. *O ſortes pejoraque paſſi*, Hor. lib. 1. od. 7.

Sextum ſeu verſus *Adonicus* dactylo & ſpondeo, ut jam dictum. *Pangite laudes Omnipotenti, Namque gubernat Omnia nutu.* Verſus *Anapæſtici.*

Primum genus duobus conſtat pedibus, Anapæſtis dactylis vel ſpondeis, pro arbitrio, ut apud *Sen.* in mortem *Claudii.*

Deflete virum. *Una tantum.*
Quo non alius *Parte audita,*
Potuit citius *ſæpe & neutra.*
Diſcere cauſas.

Secundum genus quatuor conſtat pedibus, Anapæſtis, dactylis vel ſpondeis

Quantis casus humana rotant!
Minus in Parvis fortuna furit, Sen.

Notandum primum Genus in secundum facile converti, si duos simul versus legas.

Certo veniunt / *Nulli Scriptum*
Ordine parcæ: / *Proferre diem:*
Nulli justa / *Recepit populus*
Cessare licet. / *Urna citatos.*

Certo veniunt ordine Parcæ, &c.

Versus *Choriambici*.

Primum genus seu versus *Glyconicus* constat spondeo, Choriambo, & Jambo, vel (quod eodem redit) spondeo, & duobus dactylis.

Illis mors gravis incubat,
Qui notus nimis omnibus,
Ignotus moritur sibi. Sen.

Secundum genus constat spondeo, duobus choriambis & cæsura.

O quam glorifica luce coruscas! Boeth.

Tertium genus, seu versus *Asclepiadaus*, constat spondeo, duobus choriambis, & Jambo, seu spondeo, dactylo, cæsura, & duobus dactylis, de quo jam actum.

Macenas atavis edite regibus:
Quartum spondeo, tribus Choriambis & Jambo.
Seu plure hyemes, seu tribuit Jupiter ultimam. Hor.

Versus *Hendecasyllabi*.

Id est, undecim syllabis constantes.

De *Sapphico* & *Phaleucio* superius actum. restat aliud genus, qui versus *Alcaicus* dicitur, constans duobus Jambis, cæsura, & duobus dactylis.

Vides ut alta stet nive candidum, Hor.

Non raro in primo loco spondeum videas.

Audire magnos jam videor duces,
Non indecoro pulvere sordidos. Id. lib. 2. Od. 1.

Versus *Archilochii*.

Primum genus constat quatuor primis Hexametri pedibus, sed ultimo semper dactylo, & tribus trochæis, ut apud Hor. lib. 1. od 4.

Solvitur acris hyems grata vice veris & favoni.

Secundum genus duobus Jambis, cæsura & tribus trochæis.

Trahuntque siccas machinæ carinas.

Carmen *Horatianum.*

Est elegans Carminis genus apud Hor. quo tantopere delectari videtur, ut jure ipsius Author credatur. constat autem quatuor Versibus.

Duo primi indifferenter recipiunt in Primo loco *spondeum* vel *jambum*, in secundo *jambum*, dein syllabam longam, sic cæsuram, post hanc duos dactylos.

Tertius constat quatuor pedibus, primo & tertio *jambo* vel *spondeo*, secundo & quarto solum *jambis*, dein restat Syllaba.

Quartus duobus *Dactylis* & duobus *trochæis.*

Dulce & jucundum est pro patria mori:
Mors & fugacem persequitur virum.
Nec parcit imbellis juventæ
Poplitibus, timidoque tergo. Hor.

Hoc carminis genere suavissime modulatur Buchananus *Ps.* 19. *Insantientis gens.* &c.

Versus jambici.

Versus *jambicus* vel consideratur, quoad numerum, vel diversitatem pedum.

Quoad numerum pedum.

Alii *Monometri, Dimetri, Trimetri, Tetrametri,* i. e. vel constant uno, duobus, tribus, vel quatuor pedibus, Græcis nempe. at si Latinos intelligas, constant duobus, quatuor, sex, vel octo, quia unus Græcus pes duos valet Latinos. Græci enim per duos simul pedes carmen metiebantur. Latini autem appellant *Binarios, Quaternarios, Senarios, Octonarios.*

Quoad diversitatem pedum.

Hic etiam quatuor sunt genera.

Primum puris constat *jambis*, ut hic Trimiter, Dimeter, Monometer.

Suis & ipsa Roma viribus ruit. Hor.
Scelestus in malum cadet.
Malus miser.

Sed hæc rariora: ac licet multos forte versus puros jambicos, nescio tamen, an carmen seu Poema reperias. habetur quidem jambicorum optimum; cui proxime succedit sequens.

Secundum genus in locis imparibus (i. e. primo, tertio, quinto &c.) *Spondeum*, in paribus *jambum* recipit, ut in his, Trimetro, Dimetro, Monometro.

Pars Sanitatis velle sanari fuit, Sen.
Virtus beatos effecit.
Virtus beat.

Ter-

Tertium genus a ſecundo in hoc differt; quod incipiens a *ſpondeo* in loco impari, in pari finiatur apud Catul.

Sed non videmus mantica, quod in tergo eſt.

Vocatur hic verſus *Scazon, choliambus, vel, claudicans*; quia pedum ordinem mutat. Sed rarius invenies, nec unquam fere, niſi in Trimetris.

Quartum genus (quod omnium longe eſt uſitatiſſimum, præcipue in Comœdijs, & Tragœdijs idq; in Trimetris aut Tetrametris tantù) in ultimo loco habet *Jambum*, in reliquis *Jambum, Spondeu Tribrachyn, Dactylum, Anapæſtum*; ut in hoc apud Ter. Tetrametro.

Pecuniam in loco negligere maximum interdum eſt lucrum.

Quod ſic ſcandas: *Pecu.* am, *ni in* lam. *loco* lam, *negligę*, dact. *re ma*, Iam. *xi min*, Iam. *ter d' eſt.* ſpon. *lucrum*, Iam Ecce duo Trimetra.

Homo ſum; humani nihil a me alienum puto Ter.

Sat habet ſautorum, ſemper qui recte facit. Plaut.

Quæ ſic ſcandas.

Homo, ſuma, ninihil, amali, enum, puto.

Sat habet, ſauto, rumſem, perqui, recte, facit.

Facile hæc & ſimilia ſcandes carmina, modo ſyllabarum noris quantitates: alioquin fruſtra hæc legis.

Notandum, quod ſupra monuimus, ſæpe auferri *S* a fine vocis, & Syllabam reſiduam cenſendam brevem, ut in hoc apud Ter. Tetrametro in vocibus *Quibus, Minus, & Magis.*

Omnes, quibus res ſunt minus ſecundæ, magis ſunt, neſcio quomodo Scandas.

Omnes quibu res, ſunt minu ſecun dæmagi ſuntne ſcio quo modo.

Jambicus Imperfectus.

Jambicis nonnunquam deeſt Syllaba, aut forte pes; idque vel in verſus principio vel fine, ut in hiſce Dimetris.

Truditur dies die, Hor. deeſt ſyllaba in initio

Ades pater ſupreme; Prud. deeſt in fine.

Muſa jovis nata. deeſt pes in fine.

In hoc apud Ter. Tetrametro in initio deeſſe ſyllabam aiunt.

Pro nati peccato paulum ſupplicij ſatis eſt patri.

Jambicus Redundans.

Et cuncta terrarum ſubacta. Hor. redundat hic ſyllaba in fine.

Annotatiuncula.

Verſus omnibus ſuis numeris perfectus, dicitur *Acatalectticus*, i. e. non prius deſinens, quam ad juſtum perveniat finem ſi deſit ſyllaba, *Catalecticus*; i e. prius deſinens, quam ad metam veniat: ſi vero deeſt pes, *Brachycatalecticus*; i. e. cito deſinens: ſiquid redundat, *Hypercatalecticus*, i. e. ultra metam ſeu limitem deſinens.

Diſcrimen.

Inter verſus *Jambicos* & *Trochaicos*.

In hoc differunt, quod hic *Jambum*; ille *Trochæum* non admittat, in alijs pedibus convenientes: &, ut in *Jambicis* ſic *Trochaicis* verſus ſunt *Catalectici*, ſeu Imperfecti; ut in hiſce apud Ter. Terrametris deeſt in fine ſyllaba.

Audivi Archillis jamdudum Lesbiam addnci jubes:
Sane pol illa temulenta eſt mulier & temeraria.

Sic ſcandunt, ſed in voce *Illa* elidatur alterum *L*, ut fit *Tribrachys*.

Audi, v' Archil, lis jam, dudum, Lesbi, addu, ci ju, bes.
Sane, pol illa, temu, lenta eſt, mulier, & teme, raria.

Trochaicum in *Iambicum* convertas præponendo unam ſyllabam, ut ſi huic Trimetro *Catalectico* præponas vocandi notam *O*

Crux fidelis inter omnes arbor una nobilis.

De varijs verſuum nomnibus.

Carmen, ſeu Verſus nomen habet vel ab Inventore, vel a materia, de qua tractat, vel apedibus, aut ſyllabis, quibus conſtat.

Ab Inventore.

Quales ſunt Verſus *Adonici*. *Alcmanij*, *Archilochij*, *Glyconin Aſclepiadei*, *Sapphici*, *Phaleucij*, & forte *Horatiani* &c.

A Materia.

Hexametrum dicitur *Heroicum* quia Heroum ſeu illuſtrium virorum geſta enarrare ſolet.

Hexametrum & Pentametrum conjuncta *Elegiacum* nominant, quia de *Elegia*, i. e. re triſti & lugubri olim agere ſolebant: nunc in materia fere qualibet utimur.

Quod

Quodvis Carmen *Satyricum* dicitur, ſi Satyrice, i. e. mordaciter hominum carpit vitia.

A Pedibus.

Hexametrum dici ſolet *Spondaicum* cum in quinto loco habet ſpondeum, & *Dactylicum*, ſi in ſexto ſit dactylus.

Atque hinc nomina ſortiuntur *Iambici*, *Choriambici*, *Anapaſtici*, *Trochaici*, quia in his verſibus dominantur, ſeu frequentes ſunt hi pedes.

Sapphicus, *Phaleucius*, *Alcaicus*, *Hendecaſyllabi*, vocantur, quia undecim conſtant ſyllabis, ab *Hen*, i. e. unum & *deca* decem.

Hexameter, ab *Hex*, i. e. ſex & *metrum* i. e. menſura quia ſex conſtat menſuris, ſeu pedibus.

Pentameter a *Pente* i. e. quinque & *metrum* menſura, quia quinque habet menſuras, ſeu pedes.

De *Monometro*, *Dimetro* &c. ſuperius dictum. *Hic* tantum memorem, *Monometrum* rarius legi, *Dimetrum* vulgo in Eccleſiæ hymnis, ſed ſæpe veræ quantitatis non haberi rationem.

Jeſu, noſtra redemptio: Amor & deſiderium &c.

Diſcrimen inter *Carmen* & *Verſus*.

Verſus unicam tantum indicat lineam, Carmen vulgo dictum Poema, quod multis forte conſtat Verſibus.

Varia Carminis genera.

Carmen ſeu Poema eſt *Monocolon*, *Dicolon*, vel *Tricolon*, i. e. uno, duobus, vel tribus conſtat Verſuum generibus.

Tetracolon, aut *Pentacolon*, &c. ex quatuor aut quinque generibus, neſcio, an reperias. Animi gratiâ poteſt componere. Novi, qui pſalmum 119. in 22. Verſuum ſcitiſſime verterit.

Poema ex pluribus conſtans generibus, eſt *Diſtrophon*, *Triſtrophon*, *Tetraſtrophon*, *Pentaſtrophon*.

Diſtrophon poſt ſecundum Verſum ad primum redit, *Triſtrophon* poſt tertium, *Tetraſtrophon* poſt quartum, *Pentaſtrophon* poſt quintum.

Sic igitur computa: *Hexametra* ſola ſunt *Monocola*: *Hexametra* cum *Pentametris* conjuncta, *Dicola Diſtropha*: Tres Sapphici Verſus cum Adonico, *Dicola tetraſtropha*: illud *Horatii* Lib. 1 Od. 14, ubi duobus Aſclepiadæis Subjicitur Pherecratium & huic Glyconicum, *Tricolon Tetraſtrophon*: iſtud apud Ca[illegible]

in Epithal. Juliæ & Manlij, ubi quatuor Glyconicis ſubjungitur Pherecratium, *Dicolon pentaſtrephon.*

Quæ Carmina ſeparatim, quæ conjunctim ſcribi ſoleant.

Hexametra, Jambica, & Trochaica, trimetra & tetrametra, Choriambica, Anapæſtica ſeparatim vel conjunctim reperiuntur. Iambica, Dimetra, Glyconica, Sapphica, Archilochia raro ſeparatim legas.

Pentametra & Adonica fere nunquam.

Admonitio.

Admonitio.

Omnia non poſſunt præceptis tradier: uſus.
Scriptaque Doctorum ſupplebunt cætera, quæ Vos.
Nocturnâ verſate verſate manu; diurnâ.

Annotatiuncula.

De Accentu reperies ſub quartæ Partis finem. Obiter mirari ſatis nequeo eam Grammaticæ partem prorſus eſſe omiſſam. Una cum reliquis in ſecundæ partis initio ab ipſo *Deſpauterio* definitur: & certe non minus neceſſaria eſt, quam reliquæ.

FINIS.

QUARTA GRAMMATICÆ PARS

AUTHORE
IACOBO KIRKWODO
DUMBARENSI.

EDINBURGI.
Ex Officina Typographica Mosmanni. 1695.

Thomas
Thomas
Thome
is
may
nam

Literæ sunt majores, vel minores; *Aa*, *Bb*, &c. C et B

A Majoribus incipiunt,

1 Omnis periodus, seu sententia, *Cole Deum*, *Ama parentes*.

2 Quodvis proprium nomen, sive hominis, gentis, urbis, fluvii, &c. *Carolus*. *Scotia*, *Edinburgum*, *Tybris*, &c.

3 Nomina ab illis deducta; *Carolinus*, *Scoticus*, *Edinburgensis*, &c.

4 Nomina dignitatum, *Deus*, *Christus*, *Imperator*, *Rex*, *Consul*, *Dux*. *Comes*, &c.

5 Artes & scientiæ; *Grammatica*, *Logica*, &c.

6 Artium Vocabula, *Nomen*, *Verbum*, &c.

7 Singuli versus, *Parve*, *nec invideo*, &c.

8 Vox materialiter sumta, *Syllabica ETIAM*, &c. Hujusmodi voces non solum a majuscula litera incipere, sed diverso charactere scribi, & imprimi solent, ut factum hic vides in voce *Etiam*. Alienæ quoque linguæ vocabula diverso inscribenda charactere.

9 Librorum tituli, ut ubique videre est, majusculis literis inscribuntur.

10 Quævis vox emphatica, aut notabile quid denotans a majore incipere potest.

Litera pro integris vocibus posita.

A. pro *Aulus*, C. *Caius* vel *Cneius*, D. *Decius* L *Lucius* M *Marcus*. P. *Publius*. *Q. Quinctus*; *Quæstor*, *Quirites*, T. *Titus*, &c.

Ap, *Appius*, *Cn*. *Cneus*. *Sp*. *Spurius*, *Sex*. *Sextus*. &c.

P. C. *Patre conscripti*. P. R. *Populus Romanus*, R, P. vel *Resp*. *Respublica*. *Coss*. *Consulibus*. S. P. Q. R. *Senatus Populusque Romanus*. S. P. D. *Salutem plurimam dicit*. H. S. *Sestius*. A. M. *Anno mundi*. A. D. *Anno Domini*. F. D. Q. *Favente Deo optimo maximo*. D. D. *Domino Dominus Adamus Dicat*, *dedicat*, *consecratque*, cum innumeris aliis ejusmodi millia *Littleton* Dictionarium, sub finem multa reperias

Inversas interdum videbis literas, pro *Caia*. W *Marca*.

Octavam [illegible] apud Cæsare [illegible] ut impressam leges, ∞ pro *Mille*. contra[illegible] sine dubio [illegible] CIↃ, ut statim patebit.

Nil vulgarius, quam [illegible] Significari quinque, X decem, quinquaginta, C centum, D quingenta, M mille.

Aliter numeros ſic deſcribunt.

I	I	unus.
Ɔ	V	quinque.
I o	x	decem.
Ɔ o	L	quinquaginta.
I o o	c	centum.
Ɔ o o	ↀ	quingenta.
I o o o	cIↃ	mille.
Ɔ o o o	IↃↃ	quinque millia.
I o o o o	ccIↃↃ	decem millia
Ɔ o o o o	IↃↃↃ	quinquaginta millia
I o o o o o	cccIↃↃↃ	centena millia.
Ɔ o o o o o	IↃↃↃↃ	quingenta millia.
I o o o o o o	ccccIↃↃↃↃ	decies centena millia.

Notandum, ſi minor numerus majori præponatur, tantum à majore demendum, quantum minor ſignificat: V valet quinque, IV quatuor, IX, novem; D quingenta, CD quadringenta, &c.

Legitima Syllabarum diſtinctio.

Quum nulla ſyllaba ſit dividenda, hæ tres regulæ diligenter obſerventur, ſi accidat, ut una vocis alicujus pars in priore, alia in poſteriore linea ſit ſcribenda.

1 Conſonans inter duas vocales ſita, ad poſteriorem pertinet; *Le-go, da-bam*: non, Leg-o, &c. Excipe compoſita, *Ad-eſt, alter-uter*: non A-deſt, Alte-ruter, &c.

2 Conſonantes, quæ in vocis initio conſiſtere nequeunt, in medio non conjungendæ, *Ar-duus, An-nus*, non A-rduus, A-nnus, quia nulla vox incipit ab R*d*, aut *nn*.

3 Conſonantes, quæ in initio conſiſtere poſſunt, in medio non ſunt dividendæ, *Do-ctus, A-ptus*, &c. non *Doc-tus, Ap-tus*, quia dicimus *Cteſipho. Ptolemæus.* Ramus, vir doctiſſimus aſſerit Barbariſmum committere, qui contra hanc Regulam peccat: Ideoque ſequens tabula diligenter notetur.

bd.	te-dómas		*Bdellium.*
cn.	do-ctus		*Cnaus.*
gn.	a-gnus		*Ctesipho.*
mn.	o-mnis		*Gnatus.*
phth.	na-phtha	dicimus	*Mnemosyne.*
ps.	ſcri-pſi		*Phthisis.*
pt.	a-ptus		*Pſittacus.*
ſb.	le-sbia		*Ptolemæus.*
			Sphæra.

ſc.	pi-ſcis		*Scamnum:*
ſm.	eo-ſmus		*Smaragdus.*
ſp.	a-ſpet		*Spero.*
ſq.	te-ſqua		*Squalor.*
ſt.	pa-ſtor	quia dicimus	*Sterto.*
tl.	a-tlas		*Tleptolemus.*
tm.	la-tmus		*Tmolus.*
tn.	æ-tna		*Tnoxo.*

Sicut ſcribimus *Do-ctus.* ſic Do *ctrina,* Licet nulla ſit vox quæ ab *ctr* incipiat: et, quod forte mirere. *Te-gmen* ſcribendum aiunt; quia Te prior eſt ſyllaba in *Tego.*

Ab hac tertia Regula excipienda etiam compoſita; *juriſconſultus*; non, *juri-ſconſultus.*

Multæ voces variè ſcribuntur.

Adfero vel *Affero*: *Autor, Auctor, Author. Locutus, Loquutus: Secutus. ſequutus*: Cum, (adverbium, non præpoſitio) vel *Quum. Nuncius, Nuntius: Extentio* vel *Extenſio* cum infinitis aliis.

Multum confert ad faciliorem vocum ſyllabicationem, earum conſiderare *Analogiam,* ſeu, quam inter ſe habeant affinitatem. Hinc *Gratia* cum *t,* non cum *c,* quoniam affinis eſt voci *Gratus.* Et contra, *Audacia,* non *Audatia*; quia venit ab *audax* audacis: pariter *Delicia,* non *Delitia*; quia ei affinis eſt *Delicatus.*

Sed hæc conſideratio ijs uſui non eſt, qui voces aliter, quam nos, pronunciant; ita ut *ti* in *Gratia* eundem habeat ſonum cum *ti* in *Grati.* Ubique tamen locum habet vocis conſiderare originem. Iſtuc clare patet in voce *Extenſio* vel *Extentio*; quia veniunt a ſupino *Extenſum* vel *Extentum.*

Interpunctiones.

Punctum, Seu Pauſa, eſt nota diſtinctionis, vel reſpirandi intervallum, cujus characteres & nomina ſic deſcribunt.

Characteres	,	Nomina	*Comma.*
	;		*Semicolon.*
	:		*Colon.*
	.		*Punctum.*
	?		*Punctum Interrogationis.*
	!		*Punctum Admirationis.*
	( )		*Parentheſis.*

Comma brevis eſt orationis pauſa, ſeu mora, qualis inter ſingulas horum verſuum voces cernitur.

Paſtor, ætatem, equus, pavi, celavi, imperavi.

Capras, rus, hostes. fronde, ligone, manu.

Gratiam addet haud parvam, si post has tres voces *Eques, Sa peravi,* & *Hostes* moram facies paulo longiorem, quam aliis in locis: idcirco Anglus quidam notam excogitavit Commate paulo breviorem; quod hic monuisse sat est.

Semicolon, seu *Comma majus,* moram habet *Commate* paulo longiorem, ut in hac oratione, *Tu, quid divitiæ possint, consideras, quid virtus, non item.*

Colon Semicolo moram nonnihil majorem habet, *Utendum est ætate: cito pede labitur ætas.*

Punctum periodum claudit, seu perfectum facit sensum, ut in exemplis allatis videre est.

Punctum Interrogationis, cum quid Interrogatur. *Qui valet? Quo in statu sunt res vestræ?*

Admirationis punctio utimur, cum quid insolens accidat, *O me perditum! Proh Jupiter!.*

Parentheſi includuntur voces, quas licet auferas, integer tamen remanet sensus; ut in hoc versiculo.

Munera (crede mihi) placant homineſque Deoſque.

Si voces *Parentheſi* inclusas in orationis principio, vel fine loces, Parenthesin non admittunt: absurdum enim esset scribere, *(Crede mihi) munera placant & Deos & homines.*

Perperam agunt, qui *Parentheſin Parentheſi* includunt? & qui multis utuntur, jure *Pedantici* audiunt. Nunc temporis duobus potius includunt *Commatis, munera, crede mihi, placant* &c.

Quando *Commate, Semicolo, Colo* vel *Puncto* sit utendum. Exemplis melius, quam Præceptis discitur.

Obiter inter legendum facile hoc colligas *Ubi* tu nullam forte ponas notam; alius *Comma*: & ubi tu *Comma*; alius *Colon Majus.* Inter hasce duas voces, *Cave Dicas: Fac Sciam:* Comma, vel nihil interas. Hoc tantum monemus nunquam ponendum esse *Punctum,* imo, quod sciam, nec *Colon* inter duas phrases, ut minus voces ab alterius vocibus regantur, vel cum iis conveniant.

Aliæ distinctionis notæ.

Duo puncta in vocis apice dipthongum in duas disjungunt vocales, *Ulysses* tribus constat syllabis, *Ulyssei* quatuor.

Ablativus primæ, & Genitivus quartæ declinationis distinctionis gratia sic notari solent, *pennâ, fructûs:*

Item Genitivus pluralis cujusvis declinationis, ubi fit contractio, *Deûm* pro *Deorum,* &c.

Qualitatis adverbia accentu sic vulgo notantur, *Docte, justè,* ut a vocativis distinguantur. Idem sæpe videbis in

illis vocibus *Qui* pro *Quomodo*, *quòd* pro *quia*, &c. ut a nominibus discernantur.

Vox composita interdum sic scribitur, *Res-publica*.

Postremo, siqua dictio in duabus sit scribenda lineis, duci solet lineola, ut in hac voce *Hujus-modi*, ne duæ forte voces videantur.

De Accentu.

Accentus est nota ad dirigendum tonum excogitata: Estque *Acutus*, *Gravis*, vel *Circumflexus*.

Acutus notatur Lineolâ sinistram versus ductâ, ut in prima syllaba vocis *Dóminus*.

Gravis dextram versus, ut in posteriore vocis *Doctè*.

Circumflexus ex utraque conflatur, ut *Flôs*.

Acutus syllabam attollit, *gravis* deprimit, *circumflexus* inter utrumque versatur, prius attollendo, dein deprimendo: multo tamen magis *acutum*, quam *gravem* refert, ita ut fere cum eo confundatur, nec facile sit unum ab altero discernere: Ideoque quidam indifferenter *ma* in *amare* circumflexo, vel acuto notant accentu. Hoc igitur omisso, de illis has accipe Regulas

1 In omni voce unica tantum syllaba attollitur; reliquæ (modo plures sint) deprimuntur: omnia igitur monosyllaba attollas, ut *spes*, *sax* &c. Licet nullo notentur accentu, subintelligitur tamen: singulæ enim syllabæ alterum possident accentuum; i. e. vel attolluntur vel deprimuntur, ut in hac voce *Significationibus*, unica attollitur, nempe antepenultima; reliquæ omnes deprimendæ.

2 In dissyllabis prior semper attollitur *Bónus Sémper*, &c. Cave pronuncies *Sempèr*, *Quandò*, &c. Sed hæc viva voce potius docenda.

3 In polysyllabis, si penultima sit longa, attollas, *Románus*, *Senésco*: sin brevis, antepenultima attollenda, *Corpóribus*, *legerem*, *audiebámini*, &c. Vides syllabam hic quasi produci, licet brevis sit; ut, *Po* in *Corporibus*. In omni inquam voce una syllaba attollenda, & una tantum,

Ab hac tertia Regula excipe, ubi subjunguntur voces Encliticæ, *Que*, *Ve*, *Ne*: *Homineque*, *Bestiave*, *Itane*, &c. volunt enim, syllabam has voculas præcedentem semper attolli.

Ne tamen putes *Que* in *Denique*, *Undique* & similibus *Encliticum* esse, utpote *Que* ablato, remanens, vox Latina non est.

Longe subtilior distinctio est in vocula *Ne*. *Jansenista* in Grammatica sua, *Nouvelle Methode* pag 806 asserunt *Ne* interrogativum Encliticum non esse, nec accentum ad penultimam attrahere: *Tibine*? *Hæccine*? *Siccine*? *Egone*? *Plátone*, &c. Sed

Sed *Ne* dubitativum Encliticum fatentur, & ad se attrahere accentum: Sed nullum proferunt exemplum, nisi voces simplices *Ciceróne*, *Platóne*, &c.

Utut se hæc res habeat, perperam pronunciant, *Nostine*, penultima brevi. quia ut dictum, si penultima sit longa, ea semper acuitur, seu attollitur.

Quædam aliæ voces ab hac tertia *Regula*, deflectunt, vel distinctionis causa; vel usu & consuetudine, quæ, ut in aliis, paritet & hic plurimum potest: *Calefácis*, *Prigefácis*, *enim vero*, *pièràque*, *útraque* (non in abl.) *nihilominus*. &c.

Quædam indifferenter efferas; *Philosóphia*, vel *Philosophia*, *idea*, vel *Idéa* &c. Licet prius magis arrideat. In his & similibus loco, tempori, usui, & consuetudini cedendum.

Admonitio.

Tribus apud *Despauterium* Grammaticæ partibus adjicitur de figuris Tractatus. Quæ singulis partibus sunt propriæ, nos in proprio descripsimus loco, Reliquas ad *Rhetoricam* referentes.

FINIS.

Thomas Home

ERRATA.

Pag. 11 lin 16 lege *Huicmodo*. 13, 1 *Filia*. lb. 8 dele *Que*. 21, 7 *Supellex*. lb. 15 *bos*. lb. 32 *quam*. 22, 29 *habeant*. 25, 1 *Quiris*. lb. 41 *quartus*. lb. ult. *annis*. 30, 20 *nex*. 32, 1 *adjungunt*. 36, 11 *per*. 39. 5. *positivo*. 60, 4 *defectivis*. 64, 11 *minitor*. 66, 14 *altera*. 67, 29 *Regula generali*. 78, 26 *lotæ*. 79, 16 *copulativa*. 80, 14 *adjecta*. 81, 16 *vocem*. 91, 8 *vegimine*. lb. pen. *adjectivis*. 93, 28. *commune*. lb. 24 *partem* lb. 30 *alium*. lb. 37 *prastare*, lb. 38 *prasta te*, 104, 1 *distantia*. lb. 14 *loco* 110, 11 *propior*. lb. 31 *fluvios*, 114. 25 *capite* 118. 25. *vel*, *si*. 121. 26 *propius* 122, 29 *[illegible]*. 136, 9. 1 *in audio*.

THE EXAMPLES OF The first Part OF *Despauters Grammar*, As now Revised By Mr. *KIRKWOOD*, Are here by him Translated into *English*.

EDINBURGH, Printed by George Mosman, 1696



Thomas

Home est

mihi nomen 1700

Thomas

Home an

H C Thomas

In my b

H Comer

H C

H C

The Preface

To the Reader.

